Reuerēdiſſimi in chriſto patris et dñi: dñi Hugonis de ſancto Charo: ſacroſancte eccleſie Romane Tituli ſancte Sabine Cardinalis primi de ordine ſancti Dominici: Poſtilla ſuper Prouerbia incipit. Expoſitio Ca. I.

Al. tmaſloth

a P Arabole ſalomōis filij dauid regis iſrael: ſupple he ſunt. i. liber iſte eſt de parabolis ſalomonis. Multas em̄ alias parabolas cōpoſuit ſalomon: q̄ nō ſunt in hoc libro ſcripte. Vñ. iij. Reg. iiij. d. Locut⁹ ē ſalomon tria milia parabolaꝝ: ⁊ iſte nō ſūt niſi circit octingētas.

Al. toctoginta

Incipit liber Prouerbioꝝ. quē hebrei miſſle appellāt

Eiuſdem libri Prouerbiorū: Capitulū I

a P Arabole ſalomonis filij dauid regl iſrl. b Ad ſciēdā ſapientiā c et diſciplinā: d ad intelligēda v̓ba prudētie: e ⁊ ſuſcipiendā eruditionē doctrine: f iuſticiā ⁊ iudiciū ⁊ equitatē. g Ut detur h paruulis i aſtutia ⁊ k adoleſcēti l ſciētia ⁊ m intellect⁹. n Audiēs ſapiēs ſapiētior erit: o et intelligens p gubernacula q poſſidebit. r Animaduertet parabolam s et interpretationem: t verba ſapientiū v et enigmata eorū. x Timor domini y principiū ſapiētie. z Sapientiā a atq; b doctrinā ſtulti dſpiciūt.

Parabole autē grece: ſimilitudines dicunt latine. Sūt aūt tria genera ſimitudinis. ſ. icon / padigma / pabola. Et nota / a q̄ttuor cōmēdat h̄ ſalomō. A nomis interp̄tatiōe / cū dr̄: Salomonis. i. pacifici. A natura / cum dicit: Filij dauid. A fortuna / cū dicit: Regis. A cōuictu / cū dicit: Iſrl. Et cū dicit: parabole / ſuſcitat attētio. Cū dicit: ſalomonis filij dauid regis iſrl / captat beniuolētia. Cū dicit: ad ſciendā ſapiētiā ⁊c. reddit docilitas. b Ad ſciendā ⁊c. Sic cōtinua: Parabole / dico / vtiles vel edite / ad ſciendā / vl̓ dandā / ſapiētiā de fide: c Et diſciplinā / de morib⁹: Ecce actiua ⁊ ꝯtēplatiua. Sapientia em̄ ad cōtemplatiuā ptinet: diſciplina vero ad actiuā. Iterū vero vtiles ſunt pabole: d Ad intelligēda verba prudētie: q̄ eſt in p̄cauendis inſidijs. e Et ſuſcipiendā eruditionē doctrine: vt alios doceāt: Et ſic valent pabole ad eloquētiā. Et iterū vtiles ſūt pabole ad ſuſcipiendā / f Iuſticiā ⁊ iudiciū ⁊ equitatē. Iuſticiā aūt potius poſuit auctor q̄ȝ aliquā aliā virtutē: q2 cōmunis eſt vt dicit quedā Glo. Gen. ij. Vel / iuſticiā / dicit / quo ad opationē: iudiciū / quo ad diſcretionē: equitatem / quo ad intentionē. Vel / iuſticiā / quo ad ꝓximū: iudiciū / quo ad nos: equitatē / quo ad deū. Et ita p hūc librū docet ſufficiēs ordinatio hominis. ſ. ad id qd̓ ſupra ipſū eſt: ⁊ qd̓ iuxta ipſū ē: ⁊ qd̓ ipſe eſt. g Ut det. Hic tangit finis. h Paruulis / etate vl̓ ſenſu: id eſt incipiētib⁹. i Aſtutia. i. cautela cōtra aliena mala / cōtra deceptiōes p̄cauēdas: Vñ incipiētib⁹ eſt neceſſaria: vt ſophiſmatū v̓ſutiā cauere poſſint / ne abducant a ſimplicitate ſapiētie / q̄ ducit ad vitā. k Et adoleſcēti. i. pficiēti: l Scientia. i. cōprehēſio v̓itatꝭ: m Et intellect⁹: idē ē qd̓ ſciētia. Vl̓ / ſciētia / groſſior eſt / q̄ ad oms: intellect⁹ / ſubtilior / q̄ ad maiores. Vel / ſciētia / quo ad inferiora: intellect⁹ / quo ad ſuperiora. Vel / ſciētia / opandi: intellect⁹ / cognoſcēdi. Et nota q̓ dic: Ut det paruulis aſtutia: ⁊ adoleſcēti ſcia et intellect⁹: Nō dic / inueteratis: q̄ iā pficere nō poſſunt. Vñ. iij. Reg. j. a. legit / q̓ cū dauid ſenuiſſet / dormiuit cum abiſac virgine / nec tñ cognouit eam: Sic eſt de veteranis theologis. Paruulis v̓o dicit pluralit: adoleſcēti ſingulariter: q2 q̄s ſapiētia licȝ diuerſos ſuſcipit / in vnā pfectionē erudiēdo ꝓuehit: vt idē ſentiāt: idē velint. Vñ Act. iiij. f. Multitudinis aūt ⁊c. Et bñ paruulis aſtutia / ⁊ adoleſcēti dat ſciētia: q2 formā quā recipiūt i iuuētute / retinēt etiā in ſenectute. j. xxij. a. Adoleſcēs iuxta viā ſuam ⁊c. q2 / qd̓ noua teſta capit inueterata ſapit. n Audiens ⁊c. Hic incipit liber ſm Bedā: Sed ſm hebreos adhuc eſt de cōmendatione opis. Inuitat autē ſalomon p̄mo ad auditū: q2 ex auditu fides / q̄ eſt p̄ma virtutū. Ro. x. c. Fides ex auditu: audit⁹ aūt p verbū dei. Iter ideo p̄mo iuitat ad auditū: q2 p̄us eſt audire / poſtea docere. Iaco. j. c. Sit omis hō velox ad audiendū ⁊c. Vñ Luc. x. g. Maria ſedēs ſec⁹ pedes dñi audiebat v̓bū illius. Dicit ergo: Audiēs ſapiens ſapientior erit. Multo fortius debet audire ſtultus vt fiat ſapiēs. Omnes em̄ audire debēt: q2 quātūcūq; pfecerit quis in ſacra ſcriptura / ſemp in inchoatiōe ē. Ecci. xviij. a. Cū cōſūmauerint hō tunc incipiet. Ps. Dixi nūc cepi. j. ix. b. Da occaſionē ſapienti: et addet ei ſapiētia. Itē Ecci. xxj. c. Verbū ſapiēs qd̓cūq; audierit: ſci⁹ laudabit ⁊ ad ſe adijciet. Vñ. iij. Reg. x. a. regina ſaba que ſapientiſſima fuit / venit audire ſapientiā ſalomonis. Et Exo. xviij. d. Moyſes audiuit ietro longe inferiorē ſe. Et Luc. ij. g. Ipſe chriſtus audiuit doctores legis. Semp q̄ pficit audiēs ſacrā ſcpturā. Quare? Quia ibi iſinitus eſt theſaurus: Sap. vij. b. o Et intelligēs. i. int⁹ legēs ⁊ cognoſcēs et ſe ⁊ alia / nō ſupficialit tm̄: p Gubernacula / ꝓprie vite ⁊ aliene: q Poſſidebit / vt ioſeph: Gen. xlj. e. Vel / Gubernacula / q̄ ſūt tria. ſ. carnis / ꝯſcie / eccleſie. Caro gubernāda ē ſicut equ⁹ freno diſcipline: Et ꝯſcia ſicut nauis gubernaculo prudētie. Iaco. iij. a. Si eq̄s frena in ora mittim⁹ ad cōſentiendū nobis et om̄e corpus illoꝝ circūferim⁹: et naues cū magne ſint a modico gubernaculo circūferunt vbi impet⁹ dirigētis voluerit: ita et ligua modicū quidē membrū eſt: et magna exaltat. Eccleſia gubernāda ē a p̄lato / ſicut ſponſa / aut velut grex. Act. xx. f. Attendite vobis ⁊ vniuerſo gregi: in q̄ poſuit vos ſpūſſanct⁹ epos regere ecclā dei. Igit / intelligēs gubernacula poſſidebit. i. artē gubernādi p̄dicta tria habebit. Qualiter autē habeat artē gubernādi oñdit: r Aiaduertet pabolā. i. aiaȝ vertet ad pabolā / q̄ſi os ad cibū: vel q̄ſi oculū ad lucernā. Vñ. j. vj. c. Mandatū lucerna eſt: et lex lux. Vel / Aiaduertet pabolā. i. pabolā vertet ad aiam / nō tm̄ ad aures: s Et itep̄tationē. i. expoſitionē pabole dictā a ſanctis. t Verba ſapiētū / apte dicta. v Et enigmata eoꝝ. i. obſcure dicta / q̄ſi grauida ⁊ p̄gnantia ſpūaliū ſentētiaꝝ. Eccs. vlt. d. Cōſcripſit ecclīaſtes ſermones rectiſſimos ⁊ v̓itate plenos. x Timor dñi ⁊c. Hec ē p̄ma pabola ſm hebreos: ſm Bedā ſecūda. Duplex ē em̄ iitiū ſapiētie. Vnū extrinſecū. ſ. audit⁹: de q̄ dictū ē: Audiēs ſapiēs ſapiētior erit ⁊c. vſq; huc. Secūdū itrinſecū. ſ. timor v̓uilis d̓ q̄ h̓ dr̄: Timor dñi. i. dat⁹ a dño. i. q̄ timet dñs: ē y Principiū ſapie: q2 p̄pat ei aiam expellendo peccatū. Ecci. j. c. Timor dñi expellit pctm̄. Alit n̄ itraret ſapia. Sap. j. a. In maliuolā aiaȝ nō introibit ſapia: nec hītabit ⁊c. Vel iō timor dñi dr̄ initiū ſapie: q2 p̄us oportet q̓ diſpliceant nobis mala: qd̓ facit timor: ⁊ poſtea ſapiāt bona: qd̓ fac ſapia. Eſt etiā timor q̄ſi expauentaculū / mot⁹ illicitos arcēs a corde: et ſic viā p̄pat ſapie. Eſt etiā vinculū q̄ ligat vas cordis / ne effundat ſapiētia infuſa. Ecci. j. b. Timor dñi ſcie religioſitas. Eſt etiam opculū ſuppoſitū ori cordis / ne aliq̄d imūdū interi⁹ cadat. Eſt etiā q̄ſi lapis ſuppoſit⁹ aſſerib⁹ / q̄b⁹ opit dom⁹ ne a vēto tollat. Ecci. xxv. b. Timor dñi ſup oīa ſe ſuppoſuit. Eſt etiā q̄ſi colūna ſuſtinēs totā fabricā ſpiritualis edificij. Ecci. xxvij. a. Niſi iugit te tenueris in timore dñi / cito ſubuertet dom⁹ tua. z Sapientiā / recti dogmatis. a Atq; doctrinā / pure cōuerſatiōis. b Stulti deſpiciūt. i. ſupbi: Sicut ſcribe ⁊ phariſei dicta et facta chriſti: ſicut bruta aurum et argentum / qd̓ nō ſapit eis. Ecci. j. c. Execratio ē pctōrib⁹ ſapia. Nec ſolū nō ſapit eis / imo amara ē eis. Ecci. vj. c. Amara eſt nimiū idoctis hoib⁹ ſapia. Vl̓ certe iō deſpiciūt eā: q2 docet ꝯtēnere qd̓ ipi diligūt. ſ. diuitias / delitias / ⁊ honores: et diligere qd̓ ipſi odiunt. ſ. pauptatē / modeſtiā / hūilitatē. j. Ioh. ij. c. Fres nolite diligere mūdū ⁊c.

Ps. 76.

Ps. 110. Ecci. 1. b. et j. 9. c

Duplex initiū ſapiētie

a Au̅di fili mi diſciplinā patris
b tui: ⁊ ne dimittas legē matris
c tue: vt addatꝰ gr̄a capiti tuo ⁊
d torques collo tuo. Fili mi ſi
e te lactauerint pctōres ne ac
f qeſcas eis. Si dixerint: veni
g nobiſcū: inſidiemur ſāguini:
h abſcōdām⁹ tendiculas cōtrā
i inſontē fruſtra: deglutiamus
k eū ſicut infern⁹ viuentē ⁊ in
l tegrū q̄ſi deſcēdentē in lacū:
m Omē pcioſā ſubſtātiā repie
n m⁹: implebim⁹ domos nr̄as
o ſpolijs: ſortē mitte nobiſcū:
p marſupiū vnū ſit oim̄ noſtꝝ:
q fili mi ne ambules cum eis.
r Prohibe pedē tuū a ſemitꝭ
s eoꝝ. Pedes eñ illoꝝ ad ma
t lū currūt: ⁊ feſtināt vt effun
v dant ſanguinē. Fruſtra autē
x iacitꝰ rete antē oculos penna
y torū. Ipſi quoq̄ contra ſan
z guinē ſuum inſidiantꝰ: et mo
liuntꝰ fraudes ꝯ aīas ſuas:

Nolite diligere mūdū ⁊c̄. Vel ideo deſpiciūt: q̄ tm̄ eā exteri⁹
Ps.50. ꝯſiderāt: ſicut ſimia nucē. Vn̄ Ps. Qui videbāt me foras fu
Ps.87. gerūt a me: Poſuerūt me abomiatiōnē ſibi. Eccl.xxj.c. Tāq̄
dom⁹ exterminata ſic fatuo ſapia: Licꝫ ſit dom⁹ ſatietatis co
pioſa oib⁹ delitijs. Sap.vij.b. Venerūt mihi oīa bona parit
cū illa. a Audi fi
li mi ⁊c̄. Filiū vocat
omnē hoiem: quē pa
terne inſtruere curat:
q.d. ita ſtulti faciunt:
B ſ tu fili mi cura pa
ternitatis: audi ob
temꝑando: b Diſci
plinā .i. correctionē
verberū vel verboꝝ:
de qua .j. iij.b. Diſci
plinā dn̄i ne reprobeſ.
Heb.xij.c. Si extra
diſciplinā eſtis cuius
oēs ꝑticipes facti ſūt:
ergo adulteri ⁊ non fi
lij. c Patris tui .ſ.
dei ꝑlati cuiuſlibet ſapiētis. d Et ne dimittas negligen
do vel ꝯtemnēdo: e Legē matris tue: eccl̄ie ſcꝑture gra
tie cuiuſlibet diligēter ⁊ dulciter inſtruētis. f Ut addatur
gratia capiti tuo .i. mēti: q̄ bn̄ vtēti naturalib⁹ ſupadduntꝰ
ꝑtuita. Vel gratia .i. corona grata q̄ datꝰ victorib⁹. Ps. Po
Ps.20. ſuiſti dn̄e ſuꝑ caput ei⁹ coronā ⁊c̄. g Et torques .i. aureo
la addatꝰ: h Collo tuo .i. ꝑdicatiōi tue .i. tibi ꝑ ꝑdicatiōe.
Torques eñ ꝓpter rotūditatē q̄ caret ꝑncipio ⁊ fine: recte au
reolā q̄ eterna eſt deſignat: Collū ẜo qd̄ corp⁹ capiti iūgit: ci
bū i corp⁹ traijcit vocē format: ſignāter ꝑdicationē ſignificat.
Vel ꝑ gratiā capitis itelligitꝰ ſtola aīe: ꝑ torquē colli ſtola cor
poris deſignatꝰ. i Fili mi ſi te lactauerit pctōres adu
lādo ꝑterita mala extollēdo ꝑſētia laudādo ad futura iclinādo
Vn̄ patet q̄ hic dehortatꝰ a cōſortio maloꝝ: Primo monēs fi
liū ne adulatiōib⁹ cedat: Secūdo ne malis cōſentiat. k Ne
acqeſcas eis: q̄ ſūt nutriceſ diaboli lamie īfernales: de qb⁹
Threñ.iiij.a. Lamie nudauerūt mām̄as lactauerunt catulos
ſuos: paruulos .ſ. babylōis. Vn̄ hmōi lacte lactari renuit moy
ſes .i. q̄libet elect⁹ ex aquis hui⁹ mūdi aſſumpt⁹. l Si dixe
rint .ſ. adulatores. Et ꝓſequitꝰ hic mala adulatorū ꝑ membra.
m Veni nobiſcū cordis cōſenſu ⁊ opis effectu. n Inſi
diemur ſanguini .i. vite aliene vel peccatis alienis bibēdo
ea vel fundēdo. Qd̄ maxime cōuenit detractoribus fratribus
adulatorū: Ipſi eñ aliena peccata explorant: q̄ velut calicem
ſanguīs alijs ꝓpinant. Vn̄ Sap.xj.a. Pro fonte ſēpiterni flu
minis .i. ſacre exhortatiōis dediſti ſanguinē iniuſtis. Grego⁹.
Qui aliena detractiōe paſcuntꝰ ꝓculdubio alienis carnib⁹ ſatu
rantꝰ. Huiuſmodi inſidie ex auaricia ꝓcedūt: Poſtq̄ eñ aua
ricia coꝛ ꝑlati vel cuiuſlibet ꝑncipis occupauerit non eſtimat
ſanguinē alienū vel ſanguinē aīaꝝ ꝓ burſa implēda: vl̄ ꝓ veſi
cula ſuꝑbie vel inanis glorie inflanda. Auariciā vero fraudulē
tia comitatꝰ: o Abſcōdam⁹ tēdiculas .i. laqueos. p Cō
tra inſontē fruſtra .i. ſine culpa ei⁹. Nō ē aūt hoc ẜbū im
pioꝝ: ſed a ſalomone appoſitū: qui magis attēdit rem q̄ vocē.
q Deglutiam⁹ eū abſorbēdo ſua vel eccl̄ie malignātiū in
corꝑando vel eū in t̄ra abſcōdendo. r Sicut infern⁹ a q̄
null⁹ reuertitꝰ: ⁊ tn̄ impleri nō pōt .j. xxx.c. Tria ſunt inſatiabi
lia ⁊ q̄rtū qd̄ nunq̄ dic̄ ſufficit: Infern⁹ os vulue ⁊ terra q̄ nū
q̄ ſatiatꝰ et aqua: ignis ẜo nunq̄ dicit ſufficit. s Viuentē
vita gr̄e: t Et integrū moribus ⁊ honeſtate. v Quaſi
deſcēdentē in lacū vitioꝝ. x Omnē pcioſā ſubſtan
tiā reperiem⁹: dicūt adulatores dn̄is ſuis inſtigātes eos ad
ſbditos ſpoliādos. y Implebim⁹ dom⁹ nr̄as ſpolijs .i.
donis eoꝝ .i. iplere poterim⁹. z Sortē mitte nobcū .i. cō
munica nob ⁊ ꝯſentias. a Marſupiū vnū ſit oim̄ nr̄m .i.
oīa ſint cōia. Vel marſupiū dicit voluntatē malignādi: vbi
nequicie q̄ſi theſauri diaboli reſeruantꝰ. Ad litterā q̄ iſta ē vox
Allegorice ꝑdonū vl̄ latronū vel adulatoꝝ. Allegorice ẜo ē vox iudeoꝝ ꝯ
chriſtū cōſpirātiū. n Inſidiemur ſāguini .ſ. chriſti effun
dēdo. o Abſcōdam⁹ tēdiculas .i. fallaceſ intꝛogatiōes:
vt de cenſu dādo ceſari an nō: Matth.xxij.b. Et de adultera
dimittēda: Ioh.viij.a. p Cōtra inſontē .i. chriſtū: q̄ pctm̄
nō fecit ⁊c̄. Eſa.liij.c. q Deglutiam⁹ eū .i. memoriā ei⁹ et
doctrinā extiguam⁹: ita q̄ intꝰ nos vixiſſe nō memoretꝰ. t Et
itegꝝ .i. oino: r Si
cut infernus .i. irre
parabilitꝰ. v Quaſi
deſcendentē in la
cū .i. in limbū: vt io
ſeph: Geñ.xxxvij.g.
Hiere.xxxviij.b. Da
niel.vltꝰ.f. De q̄ Ps. j.6.c.
Poſuerūt me in lacu Eſa.59.b.
inferiori. Zach.ix.c. †Ps.87.
Tu aūt i ſāguie teſta
menti ⁊c̄. x Omnē
ꝑcioſā ſubāꝫ repi
em⁹ .i. hoies q̄s puta
bāt ab amore ⁊ comi
tatu chriſti ſecernere
cui adherebant. y
Implebim⁹ dom⁹ nr̄as .i. cōuēticula nr̄a: ſpolijs .i. aīa
bus eoꝝ. a Marſupiū vnū ſit ⁊c̄ .i. oīa ſint cōia. Hec
ē impia cōcordia: q̄ ſignificatꝰ ꝑ ſq̄maſ behemoth: Iob.xlj.a.
Et ꝑ ſpinas ꝯplectētes ſe mutuo: Nau̅.j.c. Et ꝑ caudas vul
piū colligataſ: Iudicꝭ.xv.a. Et ꝑ lappā ⁊ terrā tenacē: Oſee.
x.b. Sequitꝰ: b Fili mi ne ambules cū eis: ad litterā: q̄
cum ſancto ſanctus eris ⁊c̄. Eccl.xiij.a. Qui tetigerit picem Ps.17.
inq̄nabitꝰ ab ea: ⁊ q̄ cōicat ſuꝑbo induet ſuꝑbiā. c Prohibe
pedē tuū a ſemitꝭ eoꝝ: ad litterā. Vel pedes ſunt affect⁹:
ſemite adinuētiōes pctōꝝ excogitate: quib⁹ rect⁹ ⁊ breui⁹ ad
infernū deſcendūt .j. iiij.b. Ne delecteris in ſemitis impioꝝ.
d Pedes eñ illoꝝ ad malū ꝑne ⁊ culpe: e Currūt:
Ps.13. q̄ nō ſolū vadūt: ſ currūt. Ps. Veloces pedes eoꝝ ad effū
dēdū ſanguinē. f Et feſtināt vt effundāt ſanguinē: ad
litterā. Vel aīaꝫ in pctō fundāt: cui⁹ ſedes in ſanguine ē: Le
uitꝭ.xvij.c. Vel effundāt ſanguinē .i. peccatū ſuū extra
alijs ad imitādū oñdāt. g Fruſtra aūt. Ita dicūt impij:
Abſcondamus tendicula ⁊c̄. Autē ꝓ quia: vel ſed: fruſtra .i.
inefficaciter: h Iacitꝰ rete deceptiōis: de q̄ Iob.xviij.b.
Immiſit in rete pedes ſuos ⁊ i maculis ei⁹ ambulat. Vel re Multiplex rete
te mali exēpli: de q̄ Oſee.v.a. de ſacerdotib⁹: Laqueus facti
eſtis ſpeculationi: et ſic̄ rete expanſū ſuꝑ thabor: qd̄ interꝑtatꝰ
veniēs lumē vl̄ lucis acceſſio. Vel rete dicūtꝰ ſermones com
plexi ⁊ cōpoſiti ad decipiendū .j. xxix.a. Hō q̄ blādis fictiſq̄
ſermonib⁹ loquitꝰ amico ſuo rete expandit greſſib⁹ eius. Hoc
triplex rete fruſtra iacitꝰ: i Ante oculos pēnatoꝝ .i. ante
oculatos viros et pennatos. Oculatos ſcientia: et pennatos
virtutib⁹: et ideo non timēt: q̄ oculo ſciētie vidēt laqueos: et
penna virtutū eleuati effugiūt. Oculati et pennati debēt eſſe
ꝑlati: Talia eñ fuerūt aīalia: d quib⁹ Ezech.j. Sūt aūt m̄lti
oculati: ſed nō pēnati ſciētes bonū: ſ nō faciētes: Iſti nō effu
giunt: q̄ ſignificantꝰ ꝑ balaā q̄ cadens in terrā aptos habebat
oculos: Numeri.xxiiij.a. Alij ſunt pēnati ſed nō oculati: vt
ſimplices idiote: de quib⁹ dicit Aug⁹. Simplices ⁊ idiote ce
lū ſibi rapiūt: nos aūt cū litteris nr̄is ad īfernū demergimur.
Alij nec ſunt oculati nec pennati: de quib⁹ Eccl̄s.j.d. Stulto
rū infinit⁹ ē numer⁹. k Ipſi quoq̄ .ſ. illi qui rete iaciūt. l
Cōtra ſanguinē ſuū īſidiantꝰ .i. ꝯ vitā corꝑalē. Hoc ad
litterā patet de latronib⁹. Verū eſt etiā de detractorib⁹: qui ſe
ꝑus occidūt ſpūalitꝰ q̄ alios corꝑalitꝰ. Aug⁹. Oīs detractor
ꝑus ſibi nocet dāno innocētie q̄ aliū ledat dāno pecunie: Si
milis ſtulto: q̄ corp⁹ ꝓpriū gladio tranſuerberat vt tunicā al
teri⁹ ꝑforet. Siīlis ē etiā furioſo vl̄ phrenetico: q̄ ſe ꝓprijs den
tib⁹ deuorat. m Et moliuntꝰ fraudes ꝯtra aīas ſuas:
id eſt ꝯ vitā ſpūalē. q.d. eo ipſo q̄ alijs inſidias parāt: ſeipos
aīa ⁊ corꝑe occidūt: vt patet i aman: q̄ in patibulo qd̄ ꝑauerat
mardocheo ſuſpēſus ē: Heſter.vij.d. Et in ſatrapis darij: qui
in lacū leonū vbi danielē fraudulēter mitti fecerāt ꝑierūt. Da
niel.vj.f. Ps. Lacū aꝑuit ⁊ effodit ⁊c̄ .j. xxvj.d. Qui fodit fo Ps.7.
ueā incidet in eā:

neā icidet i eā: ⁊ q̄ voluit lapidē reuertet̄ ad eū. a Sic ſemi
tę ⁊c̄. i. ſicut q̄ cędib⁹ innocētū iuigilāt ſeipos ꝑdūt: ſic ſemi/
tę oīs auari. i. ſubtiles ⁊ occultę cogitatiões/ q̄ aurū deo ꝑfe
rūt: c Rapiūt/ ad iteritū: b Aīas poſſidētiū/ diuitias.
Hiere. iiij. c. Vię tuę ⁊ cogitatiões tuę fecert̄ h̄ tibi. Aug⁹. O
lucra dānoſa: inuenis
pecuniā et ꝑdis iuſti/
C ciam. d Sapiētia
j. 8. a. ⁊c̄. Sup̄ dixit cui non
eſt credendū: hic dicit
cui⁹ cōſilio eſt acqeſcē
dū. ſ. ſapiētię. Et ꝑmo
legit̄ de ſapiētia/ q̄ eſt
chriſtus. j. Cor. j. d.
Sapiētia. i. chriſt⁹:
e Foris: id ē palā et
apte/ f Predicat.
Eſa. xlv. d. Ego dn̄s
nō in abſcōdito locu/

a Sic ſēmitę omis auari aīas
b poſſidentiū rāpiunt. Sāpia
c fōris prędicāt: in plātęis dat
d vocē ſuā. In cāpite turbarū
e clamitat: in fōribus portarū
f vrbis ꝓfērt verba ſua/ dicēs:
g Vſq̄q̄ pāruuli diligitis infā
h tiā/ ⁊ ſtūlti ea q̄ ſibi ſūt noxia
i cupiēt: ⁊ imprūdētes odibūt

tus ſum i loco terrę tenebroſo. Vel/ foris. i. ꝑ oēs creaturas.
Vn̄ Aug⁹. Nut⁹ tui dn̄e ſunt omne creaturarū decus: oia em̄
clamāt/ de⁹ me fecit. Job. xij. b. Interroga iumēta et docebūt
te: ⁊ volatilia cęli ⁊ indicabūt tibi. g In plateis dat vo/
cē ſuā. i. i latitudine plebiū reuocās a lata ⁊ ſpacioſa via q̄ du/
cit ad ꝑditionē: Matth. vij. b. h In capite turbaꝝ cla/
mitat. i. in loco frequētato ab homib⁹/ nō ſemel ſed frequēter
clamat. Clamat autem tria/ vt dicit magiſter Hugo de ſancto
victore: Accipe qd̄ dn̄s porrigit: fuge qd̄ ꝓhibet: time qd̄ mi/
nat̄. Sed cōtra Eſa. xlij. a. Nō clamabit neq̄ accipiet ꝑſonā:
nec audiet̄ vox ei⁹ foris. Solō. Ibi dicit̄ clamor cōtentio: hic
aūt dr̄ clamor apta locutio. Primo mō n̄ clamat. Secūdo mō
clamat. Joh. vij. f. Stabat ieſus ⁊ clamabat: ſi q̄s ſitit veniat
ad me ⁊ bibat. i In forib⁹ portaꝝ vrbis: ad litterā: vbi
multi cōueniebāt ꝓpter iudicia q̄ ibi fiebāt. k Profert ver
ba ſua/ nō aliena: vt mlt̄i/ q̄ alioꝝ verba furant̄ vt inde gloriā
acq̄rāt. Quib⁹ dr̄ Hiere. xxiij. f. Ecce ego ad ꝓphas dic̄ dn̄s
Aliter qui furant̄ verba mea/ vnuſq̄ſq̄ a ꝓximo ſuo. Alit̄ ab illo loco.
d Sapia foris ꝑdicat. ſ. ope ⁊ exēplo manifeſto. g In
plateis dat vocē ſuā. i. omib⁹: q: in plateis oēs cōueniūt.
h In capite turbaꝝ clamitat. i. ꝓncipib⁹ q̄ ſūt caput plę
biū. Amos. vj. a. Vę vobis q̄ opulēti eſtis in ſion ⁊ cōfiditis i
mōte ſamarię: optimates capita ꝓploꝝ. i In forib⁹ porta/
rū vrbis ꝓfert verba ſua. Vrbs dn̄i/ eſt eccl̄ia ex vtroq̄
ꝓplo adunata/ muro. i. āgeloꝝ cuſtodia clauſa: Cui⁹ portaꝝ fo/
res ſunt ꝑdicatores/ doctores/ ꝓlati: q: ꝑ illos intrat̄ ⁊ exit̄ de
eccl̄ia. In his ꝓfert v̄ba ſua ſapia. i. chriſt⁹: cū ꝑ hos loq̄t̄ nob.
Ex quib⁹ vn⁹ fuit q̄ dicebat: An experimentū ei⁹ q̄ritis q̄ in me
loq̄t̄ chriſt⁹. ij. Cor. vlt. d. l Vſq̄q̄ ꝑuuli diligitis ifan/
Paruuli dicunt iudei tiā. Paruuli ſūt iudei: quib⁹ lex fuit pędagog⁹: Gal. iij. d. Et
dicūt̄ paruuli: q: nō habēt dimēſionē virilē. ſ. lōgitudinē fidei:
altitudinem ſpei: latitudinē charitatis. Et q: nō capiūt niſi lac
carnalis doctrinę: diligitis infantiā. i. ſtatū legis vel tpa/
lia. m Et ſtulti ea q̄ ſibi ſūt noxia cupiēt. i. cerimonia/
lia: q̄ opprimebāt eos. Act. xv. c. Quid tēptatis deū imponere
ſup diſcipulos iugū ⁊c̄. Vel ideo noxia: q: erāt q̄ſi furfur: nō ſa/
Oēs mali dicunt paruuli lubria. Ezech. xx. d. Dedi eis ꝑcępta nō bona. Vel pōt referri
hoc generalit̄ ad oms malos: q̄ dicunt̄ ꝑuuli. Primo: q: lectū
ꝓprię ꝯſcię iḡnāt vt pueri. Ecōtrario boni dicūt: Lectul⁹ nr̄ flo
rid⁹ eſt: Cant. j. d. hoc ē ꝯſcia. Scd̄o dicunt̄ paruuli: q: gre/
miū matris ſuę. i. eccl̄ię: in cui⁹ ſinu fouent̄/ ſordidāt ⁊ polluūt.
Ezech. xliij. c. Polluert̄ nomē ſāctū meū i abomiatiōib⁹ q̄s fe
cerūt. Hiere. ij. b. Induxi vos in terrā carmeli vt comederetis
fructū ei⁹ et bona illi⁹: et ingreſſi cōtamiaſtis t̄rā meā. Dicūt̄
etiā tertio ꝑuuli: q: mām̄as mr̄is ſuę. i. ꝑdicatores mordēt ⁊ la/
cerāt detrahēdo. Gal. v. c. Si inuicē mordetis ⁊ comeditis/ vi/
dete ne ab iuicē cōſummami. Dic̄ ḡ: l Vſq̄q̄ ꝑuuli diligi
Ps. 4. tis infantiā. i. ſęcli vanitatē. Ps. Filij hoim vſq̄q̄ graui ⁊c̄.
m Et ſtulti ea q̄ ſibi ſūt noxia cupiēt. i. tpalia: Quę di/
Temporalia dicunt noxia multis modis cunt̄ noxia: q: ſūt viſcata. Vn̄ Aug⁹. Amor tpaliū viſc⁹ ē alaꝝ
ſpūaliū. Sap. xiiij. b. Creaturę dei factę ſūt i laqueū/ ⁊ i muſ/
cipulā/ ⁊ in ruinā pedib⁹ inſipiētiū. Itē dicunt̄ noxia: q: ſunt

ignis ⁊ gladi⁹: q̄ duo pueri libenter tenēt donec cōburant̄ aut
lędant̄. Vn̄ Daniel. iij. mundus appellat̄ fornax in q̄ ſum⁹ dū
viuim⁹: nec euadet aliq̄s niſi diuio miraclō ad modū triū pue
roꝝ. Itē dicūt̄ noxia q: ſūt imunda/ ⁊ inficiūt tāgētes ꝑ amo/
rē. Eccl. xiij. a. Qui tetigerit picē iq̄nabit̄ ab ea. Itē noxia: q:
ſunt oneroſa valde vt
mola aſinaria. Mat. Al. † correptionē
xviij. a. Qui ſcādalizā
uerit ⁊c̄. Itē noxia: q:
ſunt laqueus diaboli/
mergēs in interitum. Eſa. 65.
j. Timoth. vj. b. Qui Hiere. 7. c.
volūt diuites fieri in/
cidūt in tēptationē et
in laqueum diaboli ⁊
deſideria multa ⁊ inu/
tilia et nociua q̄ mer/
gunt homines i interi
tum. Item noxia: q:

o ſciētiā: Cōuērtimi ad † cōrre/
p ctionē meā. En ꝓfērā vobis
q ſpm̄ mēū: et ōſtendā verbā
r meą. Qūia vocaui ⁊ rēuiſti:
s extēndi manū meā/ ⁊ nō fūit
t q̄ aſpiceret. Dēſpexiſti oīne
u cōſilium meū: et incrēpatio/
x nes meas nēglexiſtis. Ego
y quōq̄ i interitu vr̄o ridebo:

venenata ſūt. Vn̄ q̄n cōſtantin⁹ cōtulit eccl̄ię impiū occidēta
le ſub beato ſilueſtro/ audita eſt vox de cęlo: Hodie miſſū eſt
venenū i eccl̄ia dei. n Et/ vſq̄q̄/ iprudētes odibūt ſciē/
tiā. i. opa ſciētię: q: oēs homies naturalit̄ ſcire deſiderāt: ſm̄
ph̄m. Vl̄ ſciētiā euāgelij: q̄ docet relinq̄re mūdū/ ⁊ mūdi glo/
riā/ quā ipſi diligūt: ⁊ miſeri n̄ attēdūt q̄ ipſa ſcia ſit theſaur⁹
dei/ oēs diuitias ſ̄uas habēs. Eſa. xxxiij. a. Diuitię ſalutis ſapia
⁊ ſcia: timor dn̄i ipe ē theſaur⁹ ei⁹. Sed ipi odiūt ſciētiā: q: ipi
ſūt noctua/ ⁊ ſcia lux. Joh. iij. c. Qui male agit odit lucē. Vl̄
odiūt ſciāz: q: ea ſe alligari q̄ſi cōpedib⁹ credūt. Eccl. xxj.
c. Cōpedes i pedib⁹ ſtulti doctrina: et q̄ſi vincula manuū ſup
manū dexterā. o Cōuertimi/ ab iſāia et errore: p Ad
correctionē meā/ q̄ſi ad mēſā plenā oi genere ſpūaliū epu/
larū. Eccl. xxxj. b. Sup̄ mēſā magnā ſediſti/ nō apias ſup illā
faucē tuā ꝑor. Et. xxx. d. Splēdidū cor bonū i epulis ē: epulę
em̄ illi⁹ diligēter fiūt. Eſt autē duplex correctio dn̄i: verbi. ſ. ⁊ Duplex correctio domini
flagelli. Ad vtrāq̄ cōuerti nos admonet. In prima dat̄ vita.
Joh. vj. g. Verba q̄ ego loq̄r ſpūs ⁊ vita ſūt. Secūda ſignū ē
amoris. j. iij. b. Quē diligit dn̄s corripit. Ad vtrāq̄ inuitat
Ps. dicēs: Apph̄ēdite diſciplinā ⁊c̄. q En ꝓferā vob: ni/ Ps. 2.
ſi ꝯuerſi fueritis ad correctionē meā: r Spm̄ meū. i. vindi/
ctā. Exo. xv. a. Miſiſti irā tuā q̄ deuorauit eos ſic ſtipulā: ⁊ i
ſpū furoris tui cōgregatę ſūt aq̄. Job. iiij. b. Vidi ipſos flāte
deo ꝑiſſe: ⁊ ſpū irę ei⁹ eē ꝯſūptos. s Et oſtēdā/ expimēto:
t Verba mea/ eſſe vera: q̄b⁹ cōminat̄ Ps. Niſi ꝯuerſi fue/ Ps. 7.
ritis gladiū ſuū vibrabit: arcū ⁊c̄. Et q̄re hoc dn̄e: v Quia
vocaui/ ad pęnitētiā: x Et renuiſtis/ pęnitētiā vl̄ vocati/
onē. Matth. iij. a. Agite pęnitētiā: appropinq̄bit em̄ regnū
cęloꝝ. Et n̄ ſolū vocaui: ſ; etiā/ y Extēdi manū meā/ i cru
ce ꝓ vobis. Ps. Clamaui tota die expādi man⁹ meas. Vel Ps. 87.
extēdi manū meā/ i largiēdo bn̄ficia. Eſa. lxv. a. Tota die
expādi man⁹ meas ad ꝓplm̄ nō credentē mihi. z Et nō fuit
q̄ aſpiceret/ me i cruce: vl̄ bn̄ficia mea. Ps. Cōſiderabā ad Ps. 141.
dexterā ⁊ videbā: ⁊ nō erat q̄ coḡſceret me. a Deſpexiſtis
oīne ꝯſiliū meū/ q̄ ꝯſulo viſibilia ꝓ inuiſibilib⁹ cōmutare. Ps. 105.
Ps. Obliti ſūt opeꝝ ei⁹: nō ſuſtinuerūt ꝯſiliū ei⁹. b Et in/
crepatiōes meas. i. flagella vl̄ cōmiatiōes: c Neglexi/
ſtis/ nō itelligētes eas eē icrepatiōes: vt ē illud Matth. iij. c.
Ois arbor q̄ nō facit fructū bonū excidet̄: ⁊ i ignē mittet̄. Et Quadruplex vocatio dei,
illud Joh. iij. c. Qui nō credit iā iudicat⁹ ē. Nota q̄ i hac au/
ctoritate tāgit̄ q̄druplex vocatio dei. Prima q̄ fit verbo: ibi:
Vocaui ⁊ renuiſtis. Scd̄a bn̄ficio: ibi: Extēdi manū
meā ⁊c̄. Tertia ꝑ inſpirationē: ibi: Deſpexiſtis oīne ꝯſi/
liū meū. Quarta ꝑ flagella vl̄ cōmiationē: ibi: Et increpa
tiōes meas neglexiſtis. Primę rn̄dēdū ē ꝑ obediētiā: vt
abraā: Gen̄. xxij. a. Scd̄ę ꝑ grarūactiōes. Ps Bn̄dict⁹ dn̄s Ps. 143.
de⁹ me⁹ q̄ docet man⁹ meas ad ꝓliū ⁊c̄. Tertię ꝑ opis ipletio/
nē. Quartę ꝑ patiētiā ⁊ timorē. Cōtēptū haꝝ vocationū ſeq̄t̄
ętnū opprobriū. Vn̄ ſequit̄: d Ego q̄z i interitu veſtro
ridebo. i. riſibiles demōſtrabo in die iudicij. Ridere dei eſt/
afflictioni deū nolle miſereri: vt dicit Grego⁹. ſup illō Job.
ix. c. Si flagellat occidat ſemel: ⁊ nō de pęnis innocentiū ride/
at. a. Et ſub.

at. a Et ſubſānabo.i.ſubſānādos demonſtrabo. Eſt aūt ſubſānatio ꝓ ꝑie nariū rugatio. Differt aūt irriſio ꝛ ſubſanna/ tio: quia irriſio ꝓprie fit de īpotentia vel turpitudine. Gen. iij.d. Ecce adā factus eſt quaſi vnus ex nobis. Subſānatio ꝟo fit ꝓpter abomiatione fediratis: vl' ꝓpter indignationē vilitatis.

a et ſubſānābo cum vōbis qđ
b c d timebatꝭ aduēnerit. Cū irrūe
e rit repētina calamitas: ꝛ intē
f g rit⁹ q̄ſi tēpēſtas ingruērit: qñ
h vēnerit ſup vos tribulatio ꝛ
i k angūſtia. Tūc iuōcabūt me
l m ꝛ nō ēxaudiā: māne ꝯſūrgēt
n o ꝛ nō inuēniēt me: eō ꝙ exoſā
p q †habuērt diſciplinā / ꝛ timō/
r s rē dñi nō †ſūſcēpūt: nēc†acq̄
t euērt ꝯſilio meo: et†dētraxe/
rūt†correctiōi mee vniuerſe.

Ps.2. Ps. Qui hītat in ce/ lis irridebit eoſ: ꝛ dñs ſubſānabit eos. b Cū vobis quod time/ batis.i.timere debe/ batis: c Aduene/ rit.ſ.mors eterna. d Cū irruerit repēti/ na calamitas.i.di/ es iudicij: qñ appebit cordiū vanitas vel va

B

Al.†habuerint cuitas q̄ mō latet. Ca/
Al.†ſuſceperit lamitas em̄ dicit a ca/
Al.†adqeuerint lamo q̄ vacu⁹ ē interi⁹
Al.†detraxerit ſed exterius lucidus.
Al.†correptiōi Matth.xxv.a. Vigi/ late q; neſcitis diē ne/ q; horā. Itē.j.Theſſal.v.a. Sciēt: q; dies dñi ſic̄ fur ita ī no/ cte veniet: cū em̄ dixerint pax ꝛ ſecuritas: tūc repētin⁹ eis ſup/ ueniet interit⁹: ſic̄ dolor ꝑturiētis ꝛ nō effugiet. e Et interi/ tus / etern⁹: f Quaſi tēpeſtas.i.ſubito: g Ingruerit. i. ſine grue: q̄ habēt ordinē in volatu.i.ſine ordine venerit euer tens oīa: q; qđ mō eſt inferi⁹ / tūc erit ſupi⁹: et ecōuerſo. Amb. Mors ſenib⁹ ī ianuis ē / iuuenib⁹ ī inſidijs. h Qñ venerit ſup vos tribulatio.i.turbo iudicij: vbi tribulabitur fortis. Hiere.xxx.d. Ecce turbo dñi / furor egrediens / procella ruens in capite impioꝝ cōquieſcēs. i Et anguſtia.i.miſeria vn/ diq; anguſtiās: vt nō ſit loc⁹ fugiēdi. Nā deſup erit iudex irat⁹: deſubtus patēs infern⁹: a dextris infinita demonia: a ſiniſtris pctōꝝ accuſatio: int⁹ ꝯſcia vrens: exteri⁹ mūd⁹ ardēs. Soph. j.d. Vox diei dñi amara: tribulabitur ibi fortis: dies illa dies ire: dies calamitatꝭ ꝛ anguſtie ꝛc̄. k Tūc iuocabūt me / cū

Eſa.28.c. vexatio dederit itellectū auditui: Sed nimiſ ſero: q; clauſa erit ianua miſcđie: et decetero non aperiet. Vñ ſequit: l Et nō exaudiā. Matth.xxv.a. Dū aūt irēt emere: venit ſpōſ⁹: ꝛ q̄ pate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias: ꝛ clauſa ē ianua. Nouiſ/ ſime aūt venerūt ꝛ relique virgines / dicētes: Dñe dñe api no/ bis. At ille rñdens / ait: Amē amē dico vobis / neſcio vos. Vel ſic: Inuocabūt me ꝛ nō exaudiā.i.ſi iuocarēt me nō ex/ audirē. Et merito: q; ipſi nō audierūt dñm clamātē in paupe/ rib⁹.j.xxj.b. Qui obturat aurē ſuā ad clamarē pauperis: ipſe clamabit ꝛ ñ exaudiet. m Mane.ſ.i die iudicij: n Cōſur/ gēt.i.i corpe ꝛ aīa ſimł reſurgēt. o Et nō iueniēt me / ieſū

Ps.9. licꝫ q̄rāt: ſed dñm: q; cognſcet dñs iudicia faciēs. Ideo q̄rēd⁹ eſt mō ieſus / dūmō pōt inueniri. Eſa.lv.b. Querite dñm dum inueniri pōt: inuocate eū dū ꝓpe eſt. Quare aūt non inueniāt / ſubdit: p Eo ꝙ exoſā habuerunt diſciplinā.i.flagelli

Ps.2. correctionē: vl' vite ꝛ moꝝ reformationē: de q̄ Ps. Apphēdi/ te diſciplinā. Et nota ꝙ dic̄: exoſā habuerūt. q.d. nō ſolū in ſe nō habuerūt diſciplinā: ſꝫ etiā in alijs eā oderūt: ſicut ſca/ bioſ⁹ pecten et nouaculā: ꝛ lipp⁹ lucē / q̄ ſanis ocłis ē amabilis. q Et timorē dñi: q̄ eſt initiū ſapie: q̄ timet dñs qui expellit

Ps.35. pctm̄: Ecci.j.c. r Nō ſuſceperūt / in ſe vt peccare ceſſaret. Ps. Dixit iniuſt⁹ vt delinquat ī ſemetipſo: nō ē timor dei ante oculos ei⁹. s Nec acqeuerūt ꝯſilio meo / q̄ ꝯſulut relin/ q̄re infantiā: ꝛ ea q̄ noxia ſūt nō amare: ꝛ nō ſolū nō ſuſceperūt h ꝯſiliū: ſꝫ qđ grau⁹ ē. t Et detraxerūt correctiōi mee vniuerſe: rigorē ſacre ſcripture iuxta vitam hoim enumerā/ tes: ꝛ p̄cepta ad ērorē eē data / dicētes.j.xxiiij.c. Cū detracto/ rib⁹ non cōmiſcearis: q; repēte veniet interit⁹ eoꝝ. Sed q̄d ex hoc ſequat / cōcludēdo dicit: v Comedēt igit fruct⁹ vie ſue.i.iux opa ſua remunerabunt. Que em̄ ſemiauerit hō / hec ꝛ metet: Gal.vj.b. Videat q̄ q̄libet q̄d ſemiet: Nā ſi malū ſe/ minat / malū metet: et ecōuerſo. Ecci.vij.a. Nō ſemies mala ī ſulcis iiuſticie: ꝛ ñ meteſ ea ī ſeptuplū. Itē videat vbi ſemiet: vtꝝ ī carne / vł ī ſpū. Nā q̄ ſemiat ī carne / đ carne metet corru/

ptionē: q̄ aūt ſemiat ī ſpū / de ſpū metet vitā eťnā. Gal.vj.b. x Suiſq; ꝯſilijs ſaturabunt.i.adinuētiōib⁹ ſuis.i.meri/ to eaꝝ ſaturabūt et implebūt tribulatiōe ꝛ anguſtia. Apocł. xviij.b. Quātū glificauit ſe ꝛ ī delitijs fuit / tantū date ei tor/ mētū ꝛ luctū. y Auerſio puuloꝝ.i.pctm̄ quo puuli.i.mali auertunt ſe a deo. z Interficiet eos / ſpū/ aliť: q; ſpiritualē vitā auferet .i. grām. Vel aduerſio.i. aduerſi/ tas tpalis quā neſciūt pati puuli ſēſu: ſꝫ ea đ/ ꝯmunt et eijciunt. a Et ꝓſpitas ſtulto/ rū / quā putāt btitudi/ nē: b Perdet illoſ. i.occaſio pditiōis eo/ rū exiſtit: q; ex ea ſup/ biūt. Vñ apłuſ ſcribit timotheo: Precipe diuitib⁹ ñ altū ſape.j. Timoth.vj.d. Et no/

v Cōmedēt igit fruct⁹ vie ſue:
x ſuiſq; conſilijs ſaturabunt.
y z Auerſio puulorū interficiet
a b eos: ꝛ ꝓſpitās ſtultorū pdēt
c illos. Qui autē me audierit
d e ābſq; ērore reqeſcet: ꝛ ābun/
f dātia ꝓfruet†terrōre malorū
g ſublāto. Ca. II.
h i k l Fili mi ſi ſūſcepis ꝟmō/ nes meos: et mandāta mea abſcōderis pēnes
m n te / vt aūdiat ſāpiaꝫ aurꝭ tua:

Al.†timore

A

tant h duo pctā / q̄ ſūt initiū ꝛ radix oīm pctōꝝ.ſ. ꝯtēpt⁹ dei: ibi: Auerſio puulorū interficiet eos. Et amor mūdi: ibi: Proſpitas ſtultoꝝ pdet eos: De qb⁹ Hiere.ij.c. Duo mala fecit ꝑpł's me⁹: me dereliq̄rūt fontē aq̄ viue: ꝛ foderūt ſi/ bi ciſternas diſſipatas q̄ cōtinere ñ valēt aq̄s. c Qui aūt me audierit.i.opere approbauerit audita a me: d Abſq; ērore / tormētoꝝ: reqeſcet / mō ī ꝯſcia: tādē ī glia. De pmo. j.xxviij.a. Iuſt⁹ vt leo cōfidēs abſq; ērore erit. De ſcđo: Eſa. xxxij.d. Sedebit ꝑpłus me⁹ ī pulchritudine pacis: et ī taber/ nacłis fiducie ꝛ ī reqe opulēta. Vel ſic: e Qui me audie/ rit / totaliť vtraq; aure.ſ.affect⁹ ꝛ intellect⁹: Sapia em̄ ſonat veritatē intellectui ꝛ bonitatē affectui. Vñ Joh.j.b. Lex per moyſen data eſt: grā ꝛ ꝟitas p ieſū chriſtū facta ē. Talis igit abſq; ērore reqeſet: q; pauptatē diligit quā ſapia p̄dicat. Seneca. Pauptas cū claſſitū inſonuerit ſcit ſe nō peti: ei etiā pax ē in obſeſſa via. e Et abūdātia ꝓfruet / oīm deſidera/ biliū: Nā ibi erit de⁹ oīa ī oīb⁹. f Terrore maloꝝ / q̄ occi/ dūt corp⁹: aīaꝫ aūt nō pñt occidere: Matth.x.c. g Subla/ to / ipſis ī inferno deiectꝭ cū diabolo duce eorū. Hec ſūt duo de bonis ſupne hierlm: abūdātia ꝛ pax. Vñ Ps. Lauda hie/ ruſalē dñm: lauda deū tuū ſiō.i.bis lauda: q; ꝯfortauit ſeras portaꝝ tuaꝝ / Ecce pax ſiue ſecuritas. Bñdixit filijs tuis ī te/ Ecce abūdātia. Expo. Ca.II.

1.Corł.15.d.

Ps.147.

Fili mi ꝛc̄. In h caplo hortat ſapia filios ſuoſ ſuſcipe ꝟmones ſuos ad iueniēdā ſciētiā. Replicat aūt nomē filij: vt q̄cq̄d dixit ex affectu paterno ꝓcedere itelligat. Ponit aūt q̄ttuor neceſſaria ad habēdā ſciaꝫ. Primū eſt intellectus. Scđm / memoria. Tertiū / orō cū hūilitate. Quartū đſideriū: qđ ē finis ſcie nr̄e. Dicit q̄: h Fili mi ſi ſuſceperis / intel/ lectu.i.ſurſū cepis referēs ad eťna: i Sermones meos: i.moralia dicta / q̄ ſūt capiēda q̄ſi res chara. Suſcipiendi etiā ſūt ſermōes dei: vt regula vite / ꝛ ars viuēdi: ſic̄ monach⁹ ſuſci/ pit regulā ſācti Bñdicti. Suſcepti ꝟo abſcōdēdi ſūt in arma/ riolo cordis: ī intellectu p cogitatōꝫ: in affectu p amorē. Ps. In corde meo abſcōdi eloq̄a tua vt ñ peccē tibi. Sic aūt ab/ ſcōdi debēt / vt ſuo tpe ꝓferāt: nō vt in ppetuū recōdant. Nā tał abſcōſio mala ē.j.xj.d. Qui abſcōdit frumēta / maledice/ cet ī ꝑpłis. Duplex ē em̄ abſcōſio ꝟbi dei.ſ. ſubtractiōiſ: ꝛ hec ē mala. Ps. Nō abſcōdi miſcđiā tuā et veritatē tuā a cōſilio mkto. Itē occultatiōis: q̄ ſi fiat ex hūilitate bona ē: ſi ex puſil lanimitate mala. k Et mādata mea abſcōderꝭ: ſic ſe/ men in terra vt fructificet. Verbū em̄ dei ſemen ē: Lucł.viij. b. Item vt lucerna inter manus / ne a vento inanis glorie aut detractiōis aut adulatiōis extinguat. Verbū em̄ dei lucerna eſt.j.vj.c. Mādatū lucerna eſt et lex lux. l Penes te.ſ. in ſecreto volūtatis ꝛ ꝓfundo ratiōis. Lucł.ij.c. Maria aūt cōſeruabat oīa ꝟba h ꝯferēs ī corde ſuo. m Vt audiat au/ ris tua / iterior q̄ ē intellect⁹. n Sapiētiā / de celeſtib⁹: qđ eſt ſentire ſaporem interius. Si em̄ ſapor foris remaneat: nō

Quattuor ne/ ceſſaria ad ha/ bendā ſciētiā.

Ps.118.

Duplex abſcō/ ſio verbi dei

Ps.39.

 audit ſapiētia

audiſ ſapiētia:ſed tm̄ ſonus eius. Aug⁹. ſup Pſ. viij. Auris
bona/torcular eſt vinacia verboꝝ retinēs/vinū ſpūalis intelli/
gētie trāſmittēs ad cellariū cordis. a Inclina/ꝑ hūilitatē:
b Cor tuū/nō tm̄ corp⁹ vt ſis capax ſapiētie: qꝛ ſupbis re/
ſiſtit de⁹:hūilib⁹ aūt dat gratiā: Jaco.iiij.b. Aqua em̄ ſapiētie
ſalutarꝭ ad ꝓfūda hūi/
litatꝭ ꝓfluit ad modū
Ar.†agno/ſcendam fluuij materialis. Vn̄
j.xj.a. Vbi humilitas
†Pſ.103. ibi ſapiētia. Pſ. Int
mediū mōtiū ptranſi/
būt aque. Vel/incli/
na/ad modū vaſiſ/qd
aliter nō impleſ niſi in
†Pſ.118. aquā mittaſ. Pſ. In
clina cor meū de⁹ i te/
ſtimonia tua. Vel/in/
clina.i. emēda vt di/
B gnus ſis diuina reue/
latiōe. Lucꝭ.x.d. Cō/
fiteor tibi deus pater:
qꝛ abſcōdiſti hec a ſa/
piētib⁹ ꝛ prudētib⁹:et
reuelaſti ea paruulis:

a b Inclinā cor tuū ad†cogno/
c d ſcendā prudentiā. Si em̄ ſa
e piētiā inuocaueris: ꝛ inclinā
ueris cor tuū prudētie:ſi qſi/
f g ēris eā qſi pecuniā:et ſic the/
ſauros effoderis illā: tūc in/
h i tēlliges timorē dn̄i:ꝛ ſciētiā
k dei inuenies: qꝛ dn̄s dat ſa/
l m piētiā:ꝛ ex ore ei⁹ prudētia ꝛ
n ſcia. Cūſtodiet rectoꝝ ſalutē:
o ꝛ ꝓtēget gradiētes ſimpliciſ:
p q ſeruās ſemitas iuſticie:et vi/
r as ſanctoꝝ cuſtodiēs. Tūnc

i.hūilib⁹. c Ad cognoſcēdā prudētiā/de moꝝ iforma/
tiōe ꝛ tpaliū admiſtratiōe. d Si em̄ ſapiētiā inuocaue
ris.i. vt in te ſit vocaueris/pſeuerāter orādo deū:a quo ē oīs
ſapiētia: Eccl.j.a. Et Jaco.j.a. Si qſ idiget ſapia poſtulet eā
a dn̄o ꝛc. Per hoc aūt ꝙ dicit ſapiētiā inuocādā eſſe/docet nō
quālibet ſapientiā:ſed tm̄ dei cognitionē ſe nobis ꝓponere:in
cui⁹ pceptiōe ē ſūma beatitudo:iuxta illud Joh.xvij.a. Hec
eſt vita eterna vt cognoſcāt ꝛc. Sed fruſtra inuocaſ ſapia niſi
ꝑus pareſ ei locus in q̄ recipiaſ:ſicut dicit Didym⁹ phus ad
Alexādrū: Miſer/de⁹ pſto ē largiri ſapiētiā/ ſed nō habes in
quo recipias. e Et inclinaueris cor tuū prudētie/ ꝑ
hūilitatē ꝛ ꝑ applicationē liberi arbitrij/ſine q̄ nihil fit i nob ad
meritū. Vn̄ Raban⁹. Gr̄a dei liberū hoīs reqrit arbitriū. f
Si qſieris eā qſi pecuniā.i.tāta cura tātoꝗ deſiderio/vt
cupid⁹ pecuniā. g Et ſic theſauros effoderis illā.i.effo/
diendo qſieris tanto labore ꝛ ſollicitudine vt theſaurū: quē q̄
qrit terrā reijcit/foueā ꝓfundā facit/ ſedul⁹ in eodē loco cōſiſtit
donec iuenerit qd qrit: Sic q̄ ſapiā iuenire vult/oēm amorē
trenū a corde ſuo debet reijcere/et foſſā hūilitatis in ſe facere:
et in eodē loco ſtudere donec inueniat qd qrit. Querēda ē igiſ
ſapientia quaſi theſaur⁹ in agro ſacre ſcripture:cui aſſimilatur
regnū celoꝝ. Matth.xiij.f. Simile eſt regnū celoꝝ theſauro
abſcōdito i agro: Ibi em̄ occultaſ:inde trahiſ. Job.xxviij.c.
Trahiſ ſapiētia de occultis. Nec ſolū in ſacra ſcptura qrēda
ē ſapiētia:ſ etiā in omi creatura. Vn̄ Eccl.j.b. Effudit illā.i.
ſapientiā ſup oīa opa ſua. Et ariſtoteles interrogat⁹ a quo tot
et tanta didiciſſet:rn̄dit/ꝙ ab ipſis rebus q̄ mētiri nō poſſunt.
Vn̄ Job.xij.b. Interroga iumēta ꝛ docebūt te:ꝛ volatilia ce
li ꝛ indicabūt tibi. In cauda etiā aīaliū inueniſ ſapia: qꝛ ꝑ illā
regūt ſe piſces natando/aues volādo: Et nos ſiſr in mari hui⁹
mūdi debem⁹ nos regere cauda.i.intētiōe recti finis: vel cōſi/
deratiōe mortis. Sic igiſ i omi creatura inueniſ ſapia. Unde
Aug⁹. Interrogaui lunā ꝛ ſtellas de deo meo:ꝛ reſpōderūt mi/
hi:qꝛ nō ſum⁹ ipſe:ſ ipſe fecit nos. Si ſic inꝗ feceris: h Tūc
S.1.a. intelliges timorē dn̄i/nō ſeruilē:qꝛ ille ē ꝑncipiū ſapie:ſ
filialē:quē n̄ itelligit niſi q̄ habet. De q̄ Eccl.xxxiiij.c. Qui ti/
met deū nihil trepidabit. Eſa.xxxiij.a. Sapia ꝛ ſcia/timor dn̄i
ipe ē theſaur⁹ ei⁹. i Et ſciētiā dei inuenies.i.q̄ eſt a deo.
Vel/ſciētiā dei.i.q̄ eſt de deo/q̄ lamētationē interi⁹ facit: vt
dicit Aug⁹. Nō exteri⁹ ſe iactantē:de q̄ Eccs.j.d. Qui addit
ſciā addit dolorē. k Quia dn̄s dat ſapiā.i.ſui cogniti/
onē cū ſapore ſuauitatꝭ/ſ/audi timēti ſe q̄ iā a ſe expulit pecca/
tū: Nō em̄ vult de⁹ i vaſe ſordido balſamū ſue ſapiētie ifūde/
re. Vn̄ Sap.j.a. In maliuolā aīā n̄ itroibit ſapia. l Ex ore
ei⁹.i.ex filio q̄ nob ſecreta patrꝭ reuelauit. Vn̄ Joh.j.b. Deū
nemo vidit vnꝗ niſi vnigēit⁹ fili⁹ q̄ ē i ſinu pr̄is ipſe enarrauit
nob. De q̄ ore dr̄ Eccl.xxiiij.a. Ex ore altiſſimi ꝓdij. Eſa.xl.

b. Videbit oīs caro pariſ qd os dn̄i locutū ē. Vel os dei pōt
dici ſacra ſcptura/ꝑ quā nob loqſ. Eſa.xxx.a. Os meū nō in/
terrogaſtis. Itē os dei eſt q̄libet doctor aut pdicator. Hiere.
xv.d. Si ſepaueris pcioſū a vili qſi os meū eris. m Prudē
tia ꝛ ſcia:vel/ſapia. Prudētia ad electionē boni ꝛ mali fu/
gam ptinet:ſcia ṽo ad
cognitionē boni ꝛ ma/
li. Vnū ſine altero pa/
rū valet. Hic ē duplex
ſpūs heliſei.iiij. Regꝭ
ij.b. n Cuſtodiet
rectoꝝ ſalutē:quo/
rū media nō exeūt ab
extremis:q̄ a deo pnci Ar.†de
pio incipiūt/ ꝛ ad deū C
finē tendūt tāꝗ extrē
ab ipſo ad ipſū. Ipſe
em̄ ē alpha ꝛ ω. Apo/
cꝭ.j.b. o Et ꝓteget
gradiētes ſimpli/
citer/ꝑ viā ṽitatis pe
de intellectus:et ꝑ viā i.7.a.
bonitatꝭ pede affect⁹:
idē habētes in affectu

intelliges iuſticiā ꝛ iudiciū ꝛ
s t equitatē ꝛ oēm ſemitā bonā.
v x Si itrāuerit ſapia cor tuū:et
y ſcia aīe tue plācuerit: cōſiliū
z cūſtodiet te:ꝛ prudētia ṽua/
a bit te: vt eruarꝭ†a via mala ꝛ
b c āb hoie q̄ ꝑuerſa loqſ. Qui
d reliquūt iter rectū:ꝛ ambūlāt
e ꝑ vias tenebroſaſ: Qui letāſ
f g cū malefecerit: ꝛ exūltāt i rē/
h i b⁹ peſſimis: Quoꝝ vie ꝑuer
k ſe:ꝛ infāmes greſſus eorum:
l Vt eruāris a mlīere aliena:

ꝛ intellectu/ nō aliud ſciētes ꝛ aliud volētes: vt mlīti/de quib⁹
Eccl.ij.c. Ve duplici corde ꝛ labijs ſceleſtis ꝛ manib⁹ malefa
ciētib⁹ ꝛ pctōri trā ingrediēti duab⁹ vijs. Nota rectos ꝛ ſim/
plices ꝯiūgit ſalomō. Cognate em̄ ſſ rectitudo ꝛ ſimplicitas:
Vn̄ ſapientia alterā ſine altera nō reqrit:ſed in qb⁹ ambe cō/
ueniūt/hos ꝓtegit ꝛ cuſtodit. Vn̄ Job.j.a. Vir erat i trā hus
noīe iob:ꝛ erat vir ille ſimplex ac rect⁹. Simplex ꝑ innocētiā
māſuetudinis:rectus ꝑ cautelā diſcretiōis. Simplex/nullū le/
dēs:rect⁹ a nllo corrupt⁹. p Seruās ſemitas iuſticie.i.
ſeruare faciēs. q Et vias ſāctoꝝ cuſtodiēs.i.cuſtodire
faciens. Semitas iuſticie vocat conſilia ꝛ altiora mādata: vi/
as ſāctoꝝ/generalia pcepta. De vtriſꝗ dr̄. j.iiij.b. Viā ſapie
mōſtrabo tibi:ꝛ ducā te ꝑ ſemitas eqtatꝭ. r Tūc itelliges
iuſticiā ꝛ iudiciū.i.cū pdicta habueris/leges i teipſo iuſti/
ciā ꝛ iudiciū.i.iuſtū iudiciū ꝓprie examiatiōis. s Et eqta/
tē.i.naturalē iuſticiā: vt nō facias alij qd tibi nō vis fieri. Vel Tob.4.c.
iuſticiā/q̄ ad primū:iudiciū/q̄ ad te:equitatē/q̄ ad deū.
t Et omnē ſemitā bonā.i.omnē virtutē ꝑ quā cōpedioſe
itur ad deū. v Si itrauerit ſapia cor tuū/ad cōuiuādū
tecū. Apocꝭ.iij.d. Ego ſto ad oſtiū ꝛ pulſo ꝛc. Et libenſ apiē/
dū eſt ei:qꝛ ſic cū ſole viſibili venit tota copia lumioſitatꝭ: ita
cū ſapia tot⁹ chor⁹ ṽtutū. Sap.vij.b. Venerūt mihi oīa bo/
na pariſ cū illa. Sed quidā apiūt tm̄ cellulā intellect⁹:claudē/
tes ianuā affect⁹:qꝛ tm̄ lucē ſapie qrūt nō ſaporē. x Et ſciē/
tia.i.boni ꝛ mali cognitio: y Aīe tue placuerit: vt fugiaſ
malū ꝛ eligas bonū. z Cōſiliū cuſtodiet te ꝛ prudētia
ſeruabit te.q.d.oīa ꝯſulte ꝛ prudenſ facies. Prope ṽo pru
dētia ṽuat a malis opib⁹:cōſiliū ṽo cuſtodit i bellis ſpūalib⁹.
Vn̄.j.xxiiij.a. Cū diſpoſitiōe itur ad bellū:ꝛ erit ſal⁹ vbi mlta
ꝯſilia ſūt. a Vt eruaris a via mala.i.a ꝑuis opib⁹:ad q̄
te iuitabāt.S.j.b.q̄ dicebāt: Veni nobiſcū ꝛc. Vel/a via ma
la.i.a mūdi ſuauitate:q̄ mltos qſi vi retinet/eo ꝙ viſcata ē. b
Et ab hoie q̄ ꝑuerſa loqſ.i.ab adulatore vel detractore.
Vn̄.S.j.b. Fili ſi te lactauerint pctōres.i.lactare voluerit:ne
acqeſcas eis. c Qui reliquūt iter rectū.i.viā mādatoꝝ
dei/q̄ recte itur ad patriā. Et loquiſ pluraliter: ꝓpter maloꝝ
mltitudinē. d Et ambulant ꝑ vias tenebroſas/tene/
bris pctōꝝ: qꝛ auertūt ſe a ṽa luce. Vn̄ Aug⁹. Ve q̄ ſe auer/
tūt a lumie tuo. e Qui letanſ cū malefecerit:int⁹ ſibi
applaudēdo. f Et exultāt/foris iactādo: g In reb⁹ peſ/
ſimis.i.i peccatꝭ. Iſtis dr̄ ꝑ Pſ. Quid gl̄iaris i malicia ꝛc. Pſ.51.
Itē Jaco.iiij.d. Nūc exultatꝭ i ſupbijs v̄ris. Sed oīs exulta
tio taliſ maligna ē: h Quoꝝ vie.i.cogitatiōes vl ꝯſideria:
i Peruerſe/q̄ ad deū. k Et ifames greſſ⁹ eoꝝ.i.opati/
ones exteriores/q̄ ad primū. l Vt eruarꝭ ꝛc. Repete: Si
itrauerit ſapiētia cor tuū:et ſcia aīe tue placuerit:
ꝯſiliū cuſtodiet te/ꝛ prudētia ṽuabit te: vt eruarꝭ a
muliere aliena:

mulıere alıena: ad litterā.i.ab omi fornicatiōe. a Et ab extranea.i.ab alteri⁹ vxore: b Que mollit ſermōes ſuos/ad capiendū ſtultos: c Et relinqt ducē pubertatꝭ ſue.i.ꝑorē virū ſuū.q.d.prudētia ſuabit te a fornicatiōe ⁊ adulterio. Uel mlier alıena ⁊ extranea dꝛ caro ſiue carnalꝭ voluptas: q̄ alienat a deo ſauētes ſibi: de q̄ Eccī. ix.a. Ne des mulieri poteſtatem aīe tue/ne ingrediaꝭ ī virtute tua et ↄfundaris: ne reſpiciaſ mlierē multiuolā/ne incidas in laqueos illius. Uel mlier aliena eſt quecūq veritas alia a prima. Mulier extranea q̄ mollit ſermones ſuos/eſt q̄cūq ſuauitas alia a prima. Intellectus eñ noſter eſt ſpōſus ſumme veritatis: ex quoꝝ ↄiunctione generatur nobilis ꝓles bonarū cogitationū. Item affectus noſter ſponſus ē ſumme ſuauitatis ſiue honeſtatis: ex quoꝝ ↄiunctione generanꝭ ſancta deſideria/amores caſti/dolores ſalutiferi/flet⁹ dulces/deuotio pia. Gloria vero ſumma et ampliſſima ſponſa eſt vis iraſcibilis/ex q̄rū cōiūctione naſciꝭ proles regalis.ſ.magnanimitas/audacia/timor. Uel mulier aliena et extranea ē doctrina heretica: cui cōpetēter cōueniūt que ſequūꝭ: Mollit eñ ſermones ſuos ⁊ ipſi ſunt iacula.ī.vij.a. Prudentiā voca amicā tuā vt cuſtodiat te a mliere extranea ⁊ aliena q̄ ꝟba ſua fac̄ dulcia. c Et relinquit ducē pubertatis ſue: id eſt chriſtū doctorē fidei: vel ſupiorē ptē ratiōis. Joh.iiij.c. Uoca virū tuū. d Et pacti dei ſui.i.baptiſmi vꝭ ↄfeſſiōis: e Oblita ē.i.q̄ſi oblita/alieno viro.i.errori adheſit. f Inclinata eſt eñ ad mortē/eternā: p h ꝙ dimiſit virū ſuū/⁊ adheſit alij īferiori vꝭ ignobiliori. Un̄ dic̄: Inclinata ē ⁊c̄. dom⁹ ei⁹.i.caro vel cōuerſatio vel familia ab ea decepta. Ro.j.d. Qui talia agūt digni ſunt morte: ñ ſolū q̄ faciūt ea: ſ etiā q̄ ↄſētiūt facientib⁹. g Et ad iferos ſemite illius.i.occlta ↄſilia hereticoꝝ vel carnis. h Oēs eñ q̄ igrediunꭍ ad eā.ſ.mlierē.i.carnē vel hereticā doctrinā vꝭ mortē. i Nō reuertenꭍ/p ſe ad vitā fidei vꝭ ad integritatē vite ꝑoris. Oſee.xiij.c. Perditio tua iſrꝭ tm̄modo ſupple ex te eſt: ſ; ex me auxiliū tuū. k Nec apphendēt ſemitas vite.i.altiora p̄cepta q̄ ducūt ad vitā gratie vꝭ glorie. Itē repete/Et prudētia ſeruabit te/ l Ut ambules i via bona: Moralꝭ fidei vnitiōe chriſti. Joh.xiiij.a. Ego ſū via ꝟitas ⁊ vita. m Et calles iuſtoꝝ cuſtodias/corde ⁊ ope.i.exēpla ſanctorū. Et hi calles cuſtodiēdi ſūt: n Qui eñ recti ſūt/rectitudine charitatis: de q̄ Cantꝭ.j.b. Recti diligūt te: o Habitabūt in t̄ra.i.in ecclia: hic p fidē. p Et ſimplices pmanebūt i ea/p ſpeciē in futuro. Hoc antecedēs.ſ.terra/ſupponit ꝓ ecclia militāte: ⁊ h relatiuū/ea/refert ꝓ ecclia triūphāte: ⁊ ↄiūgūꭍ h ſimplicitas ⁊ rectitudo/ſic.ſ. Nā rectitudo ſine ſimplicitate nimis auſtera ē ⁊ dura: ſimplicitas ꝟo ſine rectitudine diſſoluta ē ⁊ nimiſ remiſſa. Utraq tñ virt⁹ ↄiūcta/pfectū reddit hoiez. q Impij ꝟo.i.apte mali: r De t̄ra/viuētiū: s Perdēt/i futuro iudicio t Et q̄ iiq̄ agūt.i.occulte mali: v Auferent ex ea: Quū diceꭍ oibus malis: Ite maledicti i ignē eternū ⁊c̄. Matth.xxv.d. Uel/ q Impij.i.infideles.ſ.gentiles: iudei et heretici: t Et q̄ iiq̄ agūt.i.fideles iniq̄. Utriq/ s Perdēt/i ꝑſēti de ecclia ne pdāt alioſ cōtagione ſui. Et i futuro/ v Auferentur.id ē a bonis ſeparabunꭍ/quib⁹ mō corporalꝭ cōiuncti ſunt ⁊c̄. Expo. Ca. III.

Fili mi ne obliuiſcaris ⁊c̄. Nota due ſunt ptes iuſticie.ſ.declinare a malo/⁊ facere bonū. In p̄cedēti capitulo docuit ſalomon declinādum eē a malo: In hoc capitulo docet bonum eſſe faciendum/qd̄ totum facit ſapiētia ad quā inuitat: ⁊ quā docere intendit. Sed qꝛ obliuio ē quedā moꝛs ſapiētie: vt dic̄ Aug⁹: Ideo p̄mo hortaꭍ eſſe attētos ꝯ obliuionē dicēſ: x Fili mi ne obliuiſcaris legis mee.i.doctrine mee. y Et p̄cepta mea coꝛ tuū cuſtodiat/vt volūtari⁹ nō coact⁹ ea facias. Et recte p̄mittit ꝯ obliuione: qꝛ mēs obliuioſa eſt q̄ſi ſaccus ꝑtuſus: in quē quicq̄d mittiꭍ perdiꭍ: de q̄ Aggei.j.b. Qui merces cōgregauit miſit eas i ſaccū ꝑtuſū. Eſt etiā q̄ſi vas confractū: de q̄ Eccī.xxi.c. Coꝛ fatui quaſi vas ↄfractū/omnē ſapiētiā nō tenebit. Hec obliuio ex ꝓſperitate maxime generaꭍ. Un̄ Geñ.xl.d. legiꭍ ꝙ pincerna reſtitut⁹ in gradum priſtinū/oblitus eſt interp̄tis ſui. Quis autē fruct⁹ ꝓueniat ex cuſtodia mādatoꝝ ſapientie/ſubiūgit ſalomō: triplex.ſ. z Longitudinem dierū: cōtra breuitatē. a Annos vite/ contra mortalitatē. b Pacem/ cōtra tribulationē. Moraliter/ Dies ſunt interne illūiatiōes: Noctes ꝟo rep̄hēſiōes vꝭ praue ſuggeſtiōes/q̄ mētes nr̄as obtenebrant: qñ iſti dies abbreuianꭍ/noctes creſcūt: ⁊ ecōuerſo. Cuſtodia mādatoꝝ dat hoꝝ dieꝝ lōgitudinē. Un̄ Pſ. Preceptū dñi lucidū illumias oculos. Dat ⁊ pacē. Pſ.18.
ī.xvj.a. Cū placuerit dño vie hoīs: iīmicos ei⁹ ↄuertet ad pacē. Dat ⁊ vitā. Un̄ Eccī.xv.d. Serua mādata ⁊ ſeruabūt te. c Miſcdia ⁊ ꝟitas nō te deſerāt. Huculq ꝯ obediētia mādatoꝝ dixit: Nūc dic̄ de his q̄ ad nos ⁊ ꝓximū ptinet/dicēs: Miſcdia/q̄ ad ꝓximū: ⁊ veritas/q̄ ad te: nō te deſerāt.i.nō tu deſeras illas: Uirtus eñ nūq recedit ab aīa niſi expulſa. Uel ſic: e Miſcdia/opis: ⁊ ꝟitas/ſermonis: Uꝭ miſcdia nō te deſerat.i.nō deſpes: ⁊ ꝟitas nō te deſerat.i.nō p̄ſumas. Iſte ſꭍ due mole. Uꝭ miſcdia ⁊ ꝟitas ñ te dſerāt: qꝛ parāt nob viā añ ↄſpectū dei: ⁊ nos itroducūt i celeſte palatiū. Pſ. Miſcdia ⁊ ꝟitas p̄cedēt faciē tuā. Itē Pſ.88.
Miſcdia ⁊ ꝟitas ñ te deſerāt: qꝛ p eas venit dñs ad nos.
Pſ. Uniuerſe vie dñi miſcdia ⁊ ꝟitas. Uꝭ iō: qꝛ miſcdia ſola Pſ.24.
comes ē defūctoꝝ: vt dic̄ Amb. Et diſtributrix māſionū i regno celoꝝ. Eccī.xvj.b. Ois miſcdia faciet locū vnicuiq ſm meritū opeꝝ ſuoꝝ. Ibi Glo. Ab ore tuo nūq abſit ꝟitaſ dei: nūq ab ope miſcdia ꝓximi. Sic eñ fit vt ⁊ te dei miſcdia ꝓſequaꭍ ⁊ ꝟitas: miſcdia q̄ deleat peccata: ꝟitas q̄ cōpleat ꝓmiſſa. d Circūda eas gutturi tuo.i.ſint i gutture tuo p eruditionē. e Et deſcribe in tabulis cordis tui.id eſt ſint i corde tuo p rectā intentionē. Primū ꝓpꝭ ꝓximū: ſecūdū ꝓpter deū. Un̄ Glo. Uox ꝓximū iuuet: intētio deū delectet. Quidā habēt hec in corde tm̄: qꝛ recte ſentiūt: ſ; nō dicūt nec faciūt. Alij i corde ⁊ ore: qꝛ ⁊ recte ſētiūt ⁊ recte dicūt vel docēt: ſ; nō faciūt. Alij habēt in corde/i ore/i ope: qꝛ qd̄ ſentiūt dicunt: ⁊ qd̄ dicūt faciūt. Sed nota ꝙ guttur h; duos meat⁹. Un⁹ ſeruit voci: alter cibo ⁊ potui. Circūdanꭍ q̄ h duo collo ſiue gutturi: qñ noſipſos illis ꝑus paſcim⁹: ⁊ alios poſtea erudim⁹: ⁊ ſic totū guttur circūdaꭍ. Hoc ē qd̄ dñs dic̄ iob ſb interrogatiōe: Nūq̄d p̄bebis eq̄ fortitudinē/aut circūdabis collo ei⁹ hinnitū: Job.xxxix.c. Tabule cordis dicūꭍ/itelligētia capax/⁊ memoria tenax: vel intellect⁹ ⁊ affect⁹. In intellectu deſcribēda ē veritas p cognitionē: ⁊ miſcdia in affectu p amorē. Que ſi ſic deſcripſeris/erit coꝛ tuū liber vite. f Et inuenies gratiā ⁊ diſciplinā bonā corā deo ⁊ homib⁹.i.p hec eris gratioſus corā deo: ⁊ doctrina tua grata hoib⁹. S; poſſet aliq̄s dicere: difficilia eñ ſūt hec: hō eñ res fragilis eſt: et mādata dei fortia: Ideo ſubdit ſalomō: g Habe fiduciā i dño/nō i hoie: Quia dꝛ Hiere.xvij.a. Maledict⁹ q̄ cōfidit i hoie ⁊c̄. h Ex toto corde tuo: vt ois cogitatio tua ⁊ omē deſideriū ſit in deo: ſm qd̄ p̄cipiꭍ/ Deut.vj.a. Diliges dñm deū tuū ex toto

---

a et ab extranea q̄ mollit ſmo-
b c nes ſuos: ⁊ relinqt ducē pu-
d bertatis ſue: et pacti dei ſui
e f oblitā eſt. Inclināta ē eñ ad
g mortē dom⁹ ei⁹: ⁊ ad inferos
h ſemite illi⁹. Oēs q̄ ingrēdiūꭍ
i k ad eā nō reuertenꭍ: nec app-
l hendēt ſemitas vite. Ut am-
m bules i via bona: ⁊ calles iu-
n ſtoꝝ cuſtodiaſ. Qui eñ recti
o p ſūt habitābūt i t̄ra: et ſimpli-
q r ces pmanebūt in ea. Impij
s t ꝟo de t̄ra pdēnꭍ: et q̄ inique
v agūt auferenꭍ ex ea.
x Fili mi ne ob- Ca. III.
y liuiſcaris legꝭ mee: et
p̄cepta mea coꝛ tuum
z cuſtodiat. Longitudinē eñ
a b dieꝝ ⁊ ānos vite et pacē ap-
c ponēt tibi. Miſericordia et
veritas nō te deſerāt. Circū-
d e dā eas gutturi tuo: et deſcri-
f be i tabulis cordis tui: ⁊ iuē-
nies grām ⁊ diſciplinā bonā
g corā deo ⁊ hoib⁹. Habe fidu
h ciā in dño ex toto corde tuo:

B (beside the gloss at "et ↄfundaris")

A (beside "uit miſit eas i ſaccū")

Pſ.54. (beside "petēter cōueniūt")

deū tuū ex toto corde tuo. Vis enim rōnabilis dȝ eū diligere vt lucē ſuā: ↄcupiſcibilis vt ſuauitatē ſuā: iraſcibilis vt glīā ſuā. a Et ne innitaris prudētię tuę / p̄ponēdo te patrib⁹ tuis. vt credas te poſſe implere mādata ei⁹ virib⁹ tuis: vel p̄ſumēdo te poſſe cognoſcere eum naturali induſtria ſeu prudētia. b In oib⁹ vijs tuis .i. opi/b⁹. c Cogita illū: q.d. in omib⁹ operib⁹ tuis habe deū p̄ ocu/lis. Primo vt iudi/cē: vt timeas peccare. Iob. ix. d. Verebar oīa opa mea. Secūdo vt p̄ſentē: vt erubeſcas in ei⁹ p̄ſentia peccare. Vn̄ Boeti⁹. Magna nobis indicta ē neceſſitas ꝓbitatꝭ / niſi diſſimulare velim⁹ / cū oīa agam⁹ ī ocl̄is iudicꝭ cūcta cernētꝭ. Tertio vt remuneratorē: ⁊ tūc erūt nob̄ n̄ labori/oſę vię: ſȝ iocūdę. Vel / cogita illū / tanq̄ȝ auctorē fidei. Paulus dicit .j. Corꝭ. xv. b. Abūdanti⁹ oibus illis laboraui: nō aūt ego / ſȝ grā dei mecū. Vel / cogita illū / tanq̄ȝ auctorē / totū at/tribuēdo ei a q̄ omē bonū ē. Iaco. j. c. Omē datū optimū ⁊c̄. Sic Eſa. xxvj. c. Oia opa nr̄a opat⁹ es in nobis dn̄e. d Et ipſe diriget greſſus tuos .i. opa tua ad rectū finē pducet. e Ne ſis ſapiēs apud temetipſū / noua inueniēdo .i. ſin/gularis vel vn⁹ tuā opinionē alijs q̄ſi doctior p̄ponēdo. Sicꝫ Ro. xij. d. Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos. Quare: Quia dicꝫ Eſa. v. e. Vę q̄ ſapiētes eſtis ī oculis vr̄is: ⁊ corā vobiſmetipſis prudētes. Qui ꝑo ſapiēs vult eſſe / hūiliet ſe ⁊ ſapiens erit. Vn̄ Ptolemę⁹. Sicut loca ꝓfunda magis cęteris locis aquis abūdant lacunis: ſic inter ſapiētes ſapientior eſt q̄ ſe hūiliauerint. f Time deū / vt fili⁹: q꞉ hęc eſt vera ſapiētia. g Et recede a malo / corde ⁊ ope fugiēdo ⁊ deteſtādo: q꞉ h facit cordis mūdiciā: et ſic pat verā ītelligētiā. Iob. xxviij. d. Timor dn̄i ipſe ē ſapīa: ⁊ recedere a malo ītelligētia. Ad timorē inuitat: q꞉ timor cor mūdificat. Eccī. j. c. Timor dn̄i expellit peccatū: q꞉ eſt cuſtos ſpūalis ędificij: quod fit ex virtutib⁹. Eccī. xxiiij. a. Si nō ī timore dn̄i tenueris te īſtāter ⁊c̄. Itē / q꞉ replet aīaȝ. Eſa. xj. a. Replebit eū ſpūs timoris dn̄i. Itē / q꞉ ē pōdus mētis et repſſoriū ſupbię. Eccī. xxv. b. Timor dn̄i ſup oīa ſe ſuppoſuit: ſicꝫ domib⁹ / tectis aſſerib⁹ ligneis / lapides ſupponūꝫ ne a vēto exuffleꝫ. h Sanitas q̄ppe erit ī vmbilico tuo / ſi p̄dicta feceris .i. caſtitas erit ī carne tua. Vmbilico em̄ hęret puer ī vtero matris: Vn̄ ſignificat carnis ↄcupiſcētiā. Ezech. xvj. a. In die ort⁹ tui nō ē p̄cioſus vmbilic⁹ tu⁹. Sanitas ḡ ē ī vmbilico: qn̄ p timorē dn̄i ↄcupiſcētia carnis reprimiꝫ. Vel p vmbilicū q̄ fluidus ē ī pueris / ītelligiꝫ īfirmitas iuuētutis: p oſſa robur ſenectutis. Et eſt ſenſus: Si p̄dicta feceris / bn̄ erit tibi ⁊ ī iuuētute ⁊ ſenectute. Vl̄ p vmbilicū vbi ē ſedes virtutis generatiuę in mulierib⁹ / ſignificanꝫ infirmiores in eccl̄ia: in quib⁹ eſt adhuc fomes ⁊ radix malaꝝ cōcupiſcētiarū: quib⁹ pollūiꝫ ⁊ pimiꝫ ſanitas ſpūalis ſi p̄dicta fecerint. Vl̄ per vmbilicū intelligunꝫ aliqn̄ doctores ⁊ p̄dicatores ſacrę ſcripturę: q̄ habēt ſemē verbi dei: in q̄b⁹ eſt ſedes virtutis generatiuę ſpūaliter. Vn̄ Cantꝭ. vij. a. Vmbilic⁹ tuus ſicut crater tornatilis / nunq̄ȝ idigēs poculis. Immo certe in mltis ē magna indigētia poculi: q̄ ſteriles facti ſūt p̄ nimia frigiditate: q꞉ non habēt ȥelū q̄ ē ſpūalis calor ⁊ p̄ncipiū ⁊ cauſa ſpūalis generationis. De his dicꝫ Oſee. ix. c. Da eis vuluā ſine liberis ⁊ vbera arētia. De hac ſterilitate ꝓmittiꝫ hęc ſanitas ſi p̄dicta feceris. i Et irrigatio oſſiū tuoꝝ / ſupple erit ſi p̄dicta feceriſ. Oſſa ſūt naturales potētię: q̄ ſi n̄ iungāꝫ grā dei / q̄ſi oſſa ſine medullis putreſcūt. Vn̄ Abacuk. iij. d. Ingrediaꝫ putredo in oſſib⁹ meis ⁊c̄. Vel oſſa ſūt p̄dicatores: q̄ niſi rore cęleſti vnganꝫ: tā/q̄ȝ aridi cito igne tribulatiōis vel detractiōis vel iracūdię exurunꝫ ⁊ cōminuūꝫ. Medullę oſſiū / ſūt māſuetudo / benignitas / patiētia / charitas ⁊ hmōi. Oſſa ḡ arida ſine medullis ſunt p̄dicatores ſine pinguedine hmōi gratiarū. Ideo dicit dn̄s / Hiere. xxxj. c. Inebriabo animā ſacerdotū pīguedine: ⁊ ꝑplus me⁹

a et nē innitaris prudētię tuę.
b c In oīb⁹ vijs tuiſ cōgita illū:
d et ipſē diriget greſſus tuos.
e Nē ſis ſapiēs apud temetipſū.
f g Timē deū ⁊ rēcede a malo.
h Sānitas q̄ppe erit ī vmbilico tuo: et irrigātio oſſium
k l tuorū. Honōra dominū dē
m tua ſubſtātia: et dē primitijs
n o omniū frugum tuaꝝ dā pauperibus:
p et implēbunꝫ horrea tua ſaturitate:
q ⁊ vinō torcularia redūdabūt.
r s t Diſciplinām dn̄i fili mi nē abījcias:

bonis implebiꝫ. Sȝ modo exoſſata eſt eccl̄ia: Quā exoſſationē tria p̄cipue faciūt. ſ. ambitio honoꝝ / amor voluptatū / ⁊ inuidia. De duobus dicitur Hiere. l. c. Primus comedit eum aſſur: nouiſſimus exoſſauit eum rex babylonis. De tertio diciꝫ. j. xiiij. d. Putredo oſſium īuidia. Et hac ſanitate habita: k Honora dominū ⁊c̄ .i. homines ad imaginem et ſimilitudinem dei factos. l De tua ſubſtātia / nō de aliena .i. de tuis rebus bene acquiſitis / nō de alienis: q꞉ oblatio de alieno nō placet deo. Eccī. xxxiiij. d. Qui offert ſacrificiū de ſubſtantia pauperū: quaſi q̄ victimat filiū in ↄſpectu patris. Hmōi ſubſtantia triplex eſt. Prima ē redditus eccleſiaſticus. Secunda / ꝓpriū patrimoniū. Tertia / res acquiſita ꝓprio labore. De p̄ma ſubſtātia fit bona elemoſyna: de ſecūda melior: de tertia optima. Nec ſolū de corporali ſubſtantia ē honorandus dn̄s: ſed etiā de ſpirituali .i. naturalibus donis ⁊ gratuitis: quib⁹ iuuandus eſt proximus. Nec dicitur honorari homo ſed deus: quia ſoli deo honor ⁊ glīa. Vel ſic: k Honora dominū de tua ſubſtātia .i. d̄ teipo: videlicet teipſū offerēdo. Roma. xij. a. Obſecro itaq̄ȝ vos fratres per miſericordiā dei vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentē fide / ſanctā ſpe / deo placentē charitate. m Et de primitijs omniū frugū tuarū .i. de potioribus bonis tuis nō de peiorib⁹: vt cain: Geñ. iiij. a. Vt multi faciūt: de quib⁹ Malach. j. d. Maledictus doloſus qui habens in grege ſuo maſculū ⁊ votum faciens imolat debile dn̄o. n Da / gratis: nō vende precū inſtantia vel laude humana. o Pauperibus / nō diuitibus: quib⁹ dare nihil aliud eſt q̄ȝ vendere vel perdere. Lucꝭ. xiiij. c. Cum facis conuiuiū noli vocare amicos neq̄ȝ cognatos. Eſa. lviij. c. Frange eſurienti panem tuū: et egenos vagoſq̄ȝ induc in domū tuam ⁊c̄. Ita fecit beatus Laurētius: de quo diciꝫ: Diſperſit dedit pauperib⁹. p Et implebunꝫ horrea tua ſaturitate: id eſt cor tuū gratia in p̄ſenti: et gloria in futuro. j. xj. d. Anima quę benedicit impinguabiꝫ: ⁊ qui inebriat ipſe quoq̄ȝ inebriabiꝫ. q Et vino torcularia redūdabūt: id eſt corpus ⁊ anima multis tribulatiōibus preſſa gaudio et lęticia implebunꝫ .i. duplici ſtola remunerabunꝫ. Vel ad litteram: qui libēter dat pauperib⁹ / abundat in bonis. j. xj. d. Alij diuidunt ꝓpria ⁊ abundāt: ſicut patet in nautis / qui dederūt frumentū beato nicolao. Idē eſt de cibo verbo dei: quia qui libēter illū diſtribuit indigētib⁹ / mltiplicabiꝫ ei donū maiorꝭ intelligentię. Lucꝭ. vj. f. Date ⁊ dabiꝫ vobis. Vnde. iij. Regū. xvij. c. dixit helias mulieri: Hęc dicit domin⁹ de⁹ iſrael: hydria farinę nō deficiet / nec lechitus olei minueꝫ. r Diſciplinā domini ⁊c̄. Sup̄ docuit ſalomon filiū viuere in proſperis: nūc ꝑo ne in aduerſis a domino recedat / hortatur / dicens: Diſciplinā domini: id correctionē: s Fili mi / q̄ debes eſſe hęres omnis paternę hęreditatis: t Ne abijcias / quaſi onus importabile. Eſt autē duplex diſciplina: ſcȝ verboꝝ ⁊ verbeꝝ. Prima grece dicitur ἐπιστήμη / epiſteme: de q̄ Pſ. Apprehēdite diſciplinā ⁊c̄. Secūda diciꝫ παιδεία / pędia: de q̄ dr̄ Heb. xij. d. Ois diſciplina ī p̄ſenti q̄dē nō videꝫ eſſe gaudij: ſed męroris. Neutra abijciēda ē: ſȝ poti⁹ amplectenda ꝓpter multiplicē fructū. Primo / q꞉ eſt pignus paternę hęreditatis. Heb. xij. b. Flagellat deus omnē filium quem diligit et recipit. Item / q꞉ ē ſignū diuinę adoptionis. Heb. xij. c. Si extra diſciplinam eſtis / cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulteri et non filij eſtis. Tertio: quia eſt ſignū ȥelotypię. Ezech. xvj. e. Auferet ȥelus me⁹ a te et q̄eſcā: nec iraſcar ampli⁹ eo q̄ nō fueris recordata dierū adoleſcētię tuę. Quarto: q꞉ eſt medicina ſpūalis. Eccī. xj. d. Malicia vni⁹ horę obliuionē facit luxurię maximę. Quinto: q꞉ cauſa ē ſobrietatꝭ. Eccī. xxxj. a. Infirmitaſ grauis ſobriā reddit aīaȝ. Sexto: quia eſt cuſtos

Marginal notes: Roma. 12. d. — Al'. ‖ dſim. — B — Tob. 4. b. — 1. q. 1. c. nō. eſt — Heb. 12. b. — Pſ. 111. — Duplex diſciplina — Pſ. 2. — Amanda ē diſciplina propter nouem

Sexto:qꝛ eſt cuſtos ſapientię. Gregoꝰ. Sapiētia ideo coꝛ ſalomōis deſeruit:qꝛ nullā diſciplinā interiꝰ cuſtodiuit. Septimo: quia fugat ſtulticiam. ꝓ.xxij.c. Stulticia colligata in coꝛde pueri/virga diſciplinę fugabit eam. Octauo: quia erudit. Hiere. vj.b. Per oīne flagellū erudieris hierl'm. Nono:qꝛ eſt vnū de ferculis q̃ dn̄s comedit et ſuis comedenda appoſuit: q̃ ſunt paupertas/moleſtia/ ignominia. Vn̄ Thren̄.iij.d. Saturabiť oppꝛobꝛijs.

Deb.12.b.
24.q.4.c. ca vindicta
De purga.ca. c.cū i iuuētute

a Nec deficias cū ab eo corriperis: qꝛ flagellū dn̄i correctio pr̄is eſt vel magiſtri/⁊ nō ira. Job.v.c. Beatꝰ hō q̃ corripiť a dn̄o. Et nota duo dič. Pꝛimo/ne abijcias diſciplinā. Et huiꝰ ratio dr̄/ Job.v.c. Increpationē dn̄i ne repꝛobes:qꝛ ipſe vulnerat et medeť:ipſe ꝑcutit ⁊ manꝰ eiꝰ ſaluat. Secūdo dicit vt ꝑſeueres:ibi: Nec deficias cū ab eo corripeꝛ. Rōnez huiꝰ dič aplš.ij. Theſſal.iij.d. Vos aūt frēs nolite deficere bn̄faciētes. Qui eīn ſuſtinet iſte placet dn̄o. Qđ ꝓo dicebat aplš hꝰ ⁊ ipſe faciebat.ij. Coꝛ.iiij.d. Propť qđ nō deficimꝰ:licȝ is q̃ foris eſt noſter hō corrūpať/tn̄ is q̃ intus ē renouať de die i diē. b Quē eīn diligit dn̄s corripit. Siľ/ Apoč.iij.d. Ego q̃s amo arguo ⁊ caſtigo.q.d. correctio dn̄i ſignū eſt familiaritatis: qꝛ illi quē corrigit offert calicem ſuū in quo bibit. Matth.xx.c. Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum. Augꝰ. Pius pať vnū flagellat filiū/⁊ nō parat ei hereditatē: Inde etiā extrahit ſapiētiā. Eccl̄i.xxij.c. Pūgens oculū deducit lachrymas:⁊ qui pūgit coꝛ ꝓfert ſenſū. Et ibidem.a. Flagella ⁊ doctrina in omi tp̄e ſapia. c Et q̃ſi pater in filio cōplacet ſibi.i.ꝯdelectať in eo ſicut pr̄ in filio. d Beatꝰ hō qui inuenit ſapiētiā.i.cognitionē volūtatis dei/q̃ vult hic ſuos flagellari/ ⁊ in futuro gloꝛiari.i. beatꝰ eſt q̃ intelligit q̃ pietate flagellat hic deꝰ. e Et qui affluit prudētia/ad alios.ſ.oꝛe ⁊ ope. Vn̄ beatꝰ Bern̄. Si coꝛde habueꝛ ſapiētiā/ oꝛe afflues prudētia:ſȝ affluere nō effluere cura: Sapiētia q̃ppe ſobꝛia ē in penitudine p̄teritoꝝ pctōꝝ:in ꝯtemptu p̄ſentiū cōmodoꝝ:in deſiderio futuroꝝ p̄mioꝝ. Oꝛe autē prudētia affluit:ſi ſit oꝛe ꝯfeſſio ꝓprię iniq̃tatꝭ:ſi ſit grãꝝactio ⁊ vox laudis:ſi ſit ſermo ędificatiōis. Ope ꝓo copioſe afflues:ſi inť fratres obediēter/cōtinēter/patiēter cōuerſaris:vt filialis obediētia ꝓpꝛiā moꝛtificet volūtatem:hūilis cōtinentia carnalem amputet voluptatē:hilaris patiētia fraternitatꝭ cuſtodiat vnitatē. Vel ſic/ d Beatꝰ hō q̃ inuenit ſapiētiā.i. veritatē cognitiōis ſtudēdo: e Et qui affluit prudētia/p̄dicādo/ docēdo. Danieľ.xij.b. Qui docti fuerint fulgebūt q̃ſi ſplēdoꝛ firmamēti:et q̃ ad iuſticiā erudiūt multos q̃ſi ſtellę i ꝑpetuas ęternitates. Vel ſic. d Beatus homo qui inuenit ⁊c̄.i. cui ſapiūt res ſič ſť:mala male/⁊ bona bene. e Et q̃ affluit prudentia.i. electione boni ⁊ fuga mali:cui ſapiūt res vt ſūt et eligit bona ⁊ fugit mala. Et ita q̃ iuenit ſapientiā guſtando res ꝓpꝛie ꝓut ſūt/affluit prudētia/malū repꝛobando/⁊ bonū eligendo. Eſa.vij.c. Butyrum ⁊ mel comedet vt ſciat repꝛobare malum ⁊ eligere bonū. Hanc autem ſapientiā non inueniūt niſi qui rebꝰ vtunť ad hoc qđ ſūt. Job.xxviij.b. Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Abyſſus dicit: Non eſt in me:⁊ mare loquiť:non eſt mecum. f Melioꝛ eſt acquiſitio eiꝰ.i.huiꝰ ſapiētię: g Negociatione auri ⁊ argēti: ad litterā.i.omibꝰ theſauris viſibilibꝰ. Job.xxviij.c. Nō dabiť auꝝ obꝛizū ꝓ ea:nec appendeť argentū in cōmutatiōe eiꝰ. Ideo etiā melioꝛ:qꝛ acquiſitio auri ⁊ argenti facit obnoxiū latronibꝰ:ſapientia ꝓo liberat ⁊ ſecurū facit poſſeſſoꝛē ſuū. Eſa. xxxiij.a. Erit fides tp̄ibꝰ ſuis:diuitię ſalutis ſapiētia ⁊ ſcientia. h Pꝛimi ⁊ puriſſimi fructus eius. Pꝛimi:qꝛ ſunt coęui ſtipiti ſuo:q̄ꝫ cito infundiť/ſtatī fructificat. Eccl̄i.vj.b. In ope ſapiētię exiguū laboꝛabis/⁊ cito edes d̃ generatiōibꝰ illiꝰ. Puriſſimi.i.impmixti:qꝛ in gaudio eiꝰ nō miſcebiť extraneꝰ:vt dr̄

a Nec deficias cū ab eo corri-
b peris. Quē enim diligit dn̄s
c corripit:⁊ quaſi pater in filio
d complacet ſibi. Beatꝰ ho-
mo qui inuenit ſapientiam:
e
f ⁊ qui affluit prudētia. Me-
g lioꝛ eſt acquiſitio eius nego-
ciatione auri ⁊ argenti:pꝛimi
h
i ⁊ puriſſimi fructꝰ eius. Pꝛe-
ciosioꝛ eſt cunctis opibus:⁊
oīa quę deſideranť:huic nō
k valent comparari. Longitu-
l do dierum in dextera eius:
m
n et in ſiniſtrā illius diuitię et
o
p gloꝛia. Vię eiꝰ vię pulchꝛę:
q
r ⁊ omnēs ſemitę illiꝰ pacificę.

ꝓ.xiij.b. Sūt aūt puri i ſtatu innocētię:purioꝛes in ſtatu gratię:puriſſimi i ſtatu gl'ię. Vel puri i penitētibꝰ:purioꝛes i ꝓficiētibꝰ:puriſſimi i ꝑfectis. Eſt igiť ſapiētia arboꝛ plātata in coꝛde mūdo:cuius radix ē timoꝛ dn̄i:rami eius dona media. Eccl̄i.j.c. Radix ſapiētię timere deū:rami eiꝰ longęui. Folia eius ſunt doctrina et p̄dicatio: fructus/bona opa. Vel certe illa duodecim:de quibus dicif/ Gal.v.d. Fructus ſpiritꝰ ſunt/ charitas / gaudium/ pax/ patientia/benignitas/ bonitas / longanimitas/ māſuetudo/fides modeſtia/ cōtinentia/ caſtitas. Canť.vij.c. Aſcendam in palmā ⁊ apprehendā fructus eius. i Preciosioꝛ eſt cūctis opibus:⁊ omnia quę deſiderantur/huic non valent cōparari.i.ęquiparari.q.d. Non ſolū coꝛpoꝛalibus diuitijs melioꝛ ē ſapientia:ſed etiā alijs ſpiritualibꝰ:qꝛ nō eſt preciū quo poſſit cōparari. Job.xxviij.b. Neſcit hō preciū eiꝰ. Et hoc ꝓbat ſalomon/cū ſubiūgit: k Longitudo dierū.i. vita ęterna. l In dextera eiꝰ.i. i ſpūalibꝰ donis eiꝰ. m Et in ſiniſtra illiꝰ.i. in tēpoꝛalibꝰ donis eius: n Diuitię ⁊ gloꝛia.i. diuitię gloꝛioſę.ſ. q̃es et iocūditas mētis:⁊ hmōi. Vľ ſic: l In dextera eiꝰ longitudo dierū.i. in cōtēplatiua initiū diuinarū illuminationū q̃ nūq̄ꝫ deficiēt:ſȝ cōſūmabūť: Juxta illđ.ꝓ.iiij.c. Juſtoꝝ ſemita q̃ſi lux ſplendēs/ꝓcedit et creſcit vſq̄ꝫ ad ꝑfectū diē: Quia vt dicif Eſaię.xxxj.d. Ignis i ſion fiet caminus in hieruſalē. m Et in ſiniſtra illius diuitię ⁊ gloꝛia.i. in actiua diuitię bonoꝛū operū:⁊ gl'ia laboꝛū. Vel/ l In dextera.i. i ꝓſperitate ⁊ pace: k Lōgitudo dieꝝ.i.ꝯſolatiōes ęternę. m Et in ſiniſtra.i. in aduerſitate ⁊ tribulatiōe. n Diuitię ⁊ gloꝛia.i. diuitię gloꝛioſę/quibꝰ compať gloꝛia.ſ. paupꝛtas/ moleſtia/ignominia: et hmōi: quę ſunt diuitię magnę in theſauro patiētię cōſeruatę. De quibus Augꝰ. Venale habeo. Quid: Regnū cęloꝝ. Quibꝰ emitur: Paupꝛtate regū:laboꝛe requieſ:vilitate gl'ia:moꝛte vita. Vľ/ l In dextera eiꝰ lōgitudo dierū:qꝛ in dextero latere ē ſedes amoꝛis:q̃ nūq̄ꝫ excidet.j. Coꝛ.xiij.c. m Et i ſiniſtra illiꝰ diuitię ⁊ gl'ia.i. timoꝛ.ꝓ.xxij.a. Timoꝛ dn̄i ⁊ diuitię et gl'ia ⁊ vita. Vel/ l In dextera eiꝰ longitudo dierū:quo ad electos:q̃ hic affligunť:qbꝰ ſeruať ęt̄na hereditas. m Et in ſiniſtra illiꝰ diuitię ⁊ gloꝛia.i. honoꝛes et diuitię ac delitię tp̄ales quo ad repꝛobos q̃ habēt hic ſuā cōſolationē. Canť.ij.b. Leua eius ſub capite meo:⁊ dextera illiꝰ amplexabiť me. o Vię eiꝰ: id eſt generalia p̄cepta. p Vię pulchꝛę:qꝛ honeſta iubēt/ ⁊ ad pulchꝛa ducūt:⁊ pulchꝛos faciūt ambulātes i eis. q Et oēs ſemitę illiꝰ.i.ꝯſilia: r Pacificę.i. pacē faciētia. Itē de chꝛiſto q̃ eſt ſapiētia patris exponiť ab illo loco. d Beatus hō qui inuenit ſapiētiā.i. chꝛiſtū ꝑ fidē ⁊ imitationē. Ipſe eīn eſt theſaurꝰ abſcōditus in agro regni cęloꝝ: de q̃ Matth.xiij.f. Siľe ē regnū cęloꝝ ⁊c̄. e Et q̃ affluit prudētia/eiꝰ:q̃ ē prudētia ſpūs/ꝯtͣ prudētię carniſ: De q̃ aplš. Roma.viij.b. Prudētia carnis moꝛs eſt. f Melioꝛ ē acq̃ſitio eiꝰ/ꝑ cognitionē et amoꝛē. g Negociatione auri et argēti:ad litterā. h Pꝛimi ⁊ puriſſimi fructꝰ eiꝰ.i. opa eiꝰ optima ⁊ tota bona. i Precioſioꝛ eſt cūctis opibus/ſpūalibꝰ ⁊ tp̄alibꝰ: vel angelis ⁊ homibꝰ. Job.xxviij.c. Nō adęq̄biť ei aurū vel vitrū. k Lōgitudo dieꝝ.i. bona ęterna. l In dextera eiꝰ.i. chꝛiſti. m Et i ſiniſtra illiꝰ diuitię ⁊ gloꝛia.i. bona tp̄alia:qꝛ vtraq̄ꝫ dat chꝛiſtus. Jacob.j.c. Oīe datū optimū ⁊c̄. o Vię eiꝰ.i. opa ⁊ exēpla. p Vię pulchꝛę:qꝛ ſine omni cōtagio impuritatꝭ. q Et oēs ſemitę illiꝰ.i. doctrīa/ p̄dicatio/laboꝛes/ꝯtumelia/paſſio:⁊ hmōi q̃ ꝓ nob̄ ſuſtinuit: r Pacificę:qꝛ ꝑ h̄ fecē pacē hoīs ad deū/⁊ āgelos:ad ⁊ hoīs ad hoīe:ȝ ⁊ hoīs ad ſeipſū. Eph̄.ij.c. Ipſe ē pax nr̄a q̃ fecē vtraq̄ꝫ vnū. Vľ/ o Vię eiꝰ: q̃ duę ſunt.

Sapientia eſt arboꝛ
ꝓ.8.b.
C

duę ſunt. Una q̄ venit ad nos: alia q̄ nos veninꝰ ad ipſū. Pri/
ma/triplex. Una qua venit ad ꝟginē.ſ.puritas charitatis. Se/
cūda q̄ venit i mūdū/amoꝛ paupꝫtatis. Tertia q̄ venit ad moꝛ/
tē/obediētia hūilitatis. Hę ſunt vię pulchꝛę: qꝛ floꝛidę ⁊ amę/
Pš.24. nę. Vię ꝟo q̄bꝰ itur ad ipſū/ſunt miſcďia ⁊ veritas. Pš. Uni/
uerſę vię dñi miſericoꝛ
dia ⁊ veritas a Li/
gnū vitę: eſt chꝛiſtꝰ:
id eſt arboꝛ cuiꝰ fructꝰ
ē vita grē in p̄ſenti: et
vita gloꝛię in futuro.
Sed non eſt fructꝰ iſte
oibꝰ: ſed/ b His q̄
app̄hēderint eā/
fide ⁊ imitatiōe. c Et
q̄ tenuerit eā.i. pſe/
uerauerit in hac/ d
Beatus/mō ſpe/tan
dē re. Cantł.iij.b. Te
nui illū et nō dimittā.
Matth.x.c. Qui pſe/
uerauerit vſq̧ in finē/hic ſaluꝰ erit. De hoc.j. Coꝛł.ix.d. Oēs
quidē in ſtadio currūt ⁊c̄. De hoc ligno dicit̄ Ezech. xlvij.c.
Fructꝰ eius i cibū ⁊ folia eius ad medicinā. Apocł.ij.b. Uin/
cēti dabo edere de ligno vitę qď eſt i pađiſo dei mei. e Dñs
Pš.103. ſapiētia fundauit terrā: ad litterā.i. in filio. Pš. Oia i ſa/
Pš.103. piētia feciſti. Uel/terrā.i. eccleſiā. Pš. Qui fūdaſti terrā ſup
ſtabilitatē ſuā: nō inclinabit̄ i ſeculū ſeculi. f Stabiliuit cę/
los prudētia.i.p filiū. Cęlos dicit pluralit̄: qꝛ ſeptē ſunt cę/
li/vt dicit Strabꝰ ſup Geñ. Uel p terrā actiui: p cęlos ꝯtēpla/
tiui ſignificant̄. Illos fundauit.i. in fūdamēto eccleſię poſuit:
iſtos ſtabiliuit.i. ſupꝛa ſtatuit: quia hoꝝ cōuerſatio in cęlis eſt:
Philī.iij.d. Illoꝝ vero in terra ſūt homies nati ad laboꝛē: iſti
aues nati ad volandū: Iob.v.b. g Sapiētia illiꝰ erupe/
rūt abyſſi: ad litterā: diebꝰ noe: Geñ.vij.b. Et quotidie fon/
tes et flumina de abyſſo p terrę venas emanant. Uel myſtice/
Myſtice Sapiētia illiꝰ eruperūt abyſſi.i. ſecreta ſcripturarū reue/
lata ſunt p illū. Ipſe eñ eſt agnus qui aperuit libꝛū quē nemo
poterat apire: Apocł.v.b. h Et nubes roꝛe cōcreſcūt:
Ad litterā/ad virtutē ſolis eleuant̄ ⁊ cōdenſant̄: deinde ꝓpter
pōderoſitatē ſuā deſcēdūt ⁊ i pluuiā reſoluūt̄. Uel/ nubes.i.
p̄dicatoꝛes: de aquis maris huiꝰ mūdi eleuati ſurſū in cęleſti/
bus p deſideriū ſuſpēſi/timoꝛe ſancto coagulati: Roꝛe/gratię
cōcreſcūt.i. augmentant̄ in vita ⁊ doctrina. De his nubibus
dicit̄/Eſa.v.b. Mādabo nubibus meis ne pluāt ſuper terrā.
i Fili mi ne effluāt hęc ab oculis tuis/interioꝛibꝰ.q.d.
cū tanta ſit ſapiētia ⁊ tā boni fructꝰ eius/tene memoꝛiter ea q̄
audiſti de ea. Et bñ dicit: ne effluāt hęc. Sapiētia eñ aqua
eſt ſalutaris: vt dicit̄ Eccī.xv.a. Quę cito effluit ꝓpter vaſis
Pš.16. inclinationē/in auaris. Pš. Statuerūt oculos ſuos declinare
in terrā. Aut ꝓpter vaſis cōfractionē/in hypocritis. Eccī.xxj.
c. Coꝛ fatui quaſi vas confractū: omnē ſapientiā non tenebit.
k Cuſtodi/nō ſolū memoꝛia: ſed amoꝛe ⁊ opere: l Legē
meā.ſ. Nō occides/nō męchaberis ⁊c̄. Exo.xx.b. m Atq̧
cōſiliū meū: qď dicit: Si vis pfectus eſſe/vade et vende oia
q̄ habes ⁊c̄. Matth.xix.c. Uel/cuſtodi legē/q̄ſi lucernā/ne
extinguat̄ flatu inanis gloꝛię vel ſupfuſione aquę mūdanę ſol/
licitudinis vel voluptatis carnalis. Et/cuſtodi conſilium
meū/vt ducē ⁊ moderatoꝛē ⁊ rectoꝛem greſſuū tuoꝝ. n Et
inde/erit vita aię tuę: Uita gratię in p̄ſenti: ⁊ vita gľię in fu/
turo. Uñ Ioh.vj.g. Uerba q̄ ego loq̄r vobis ſpūs ⁊ vita ſūt:
id eſt vita ſpūalis. o Et gratia faucibꝰ tuis.i. verbis tu/
is.q.d. Si cuſtodieris ꝯſiliū meū/ erit vita aię tuę/vt recte vi/
uas: Et gratia faucibꝰ tuis: vt recte p̄dices vel doceas.
Et rectus eſt oꝛdo: nam ſi vita bona eſt: et p̄dicatio gratioſa.
Sed nota ꝙ fauces duplicē vſum habēt.ſ. loquēdi ⁊ ſapoꝛādi.
Bona vita gratiā dat faucibus ad loquēdū. Lucł.xxj.c. Da/
bo vobis os ⁊ ſapientiā/ cui nō poterūt reſiſtere ⁊ cōtradicere
oēs aduerſarij veſtri. Ex.j.xxij.b. Qui diligit coꝛdis mūdiciā
ꝓpter gratiā labioꝝ ſuoꝝ habebit amicū regē. Itē ad ſapoꝛā/

a Lignūm vitę eſt his qui ap/
b p̄henderint eam: ⁊ qui tenue
c d e rit eam/beātꝰ. Dñs ſapiētia
f fundauit terrā: ſtabiliuit cę/
g los prudētia. Sapientia illiꝰ
h eruperūt abyſſi: ⁊ nubes ro/
i re cōcreſcūt. Fili mi nē efflu/
k ant hęc ab oculis tuis. Cu/
l m ſtodi legem atq̧ conſilium
n meū: ⁊ ērit vita animę tuę: et
o p gratia faucibus tuis. Tunc
q r ambulabis fiducialiter i via
s tua: et pes tuus non impin/
t v get. Si doꝛmieris nōn ti/
x y mebis: quieſces ⁊ ſuauis erit
z ſomnus tuus. Ne paueas
a repentino terroꝛe: et irruen/
tes tibi potētias impioꝛum.
b Dominus enim erit in late/
c re tuo: et cuſtodiet pedē tuū
d ne capiaris. Nōli pꝛohibere
benefacere eum qui poteſt:

dū. Iob.xxxiiij.a. Guttur eſcas guſtu dijudicat. Eodē.xij.b.
Auris verba dijudicat ⁊ fauces comedētis ſapoꝛē. p Tūc
ſ.q̄ñ feceris q̄ p̄dicta ſūt/ q Ambulabis/de virtute i vir/
tutē ꝓficiendo: r Fiducialiter.i. ſecure ſub ꝓtectione dei
amotis ſcādalis ⁊ expulſis hoſtibꝰ. Hiere.xxxj.b. Adducam
eos p toꝛrētes aquaꝝ
i via recta/⁊ nō impin
gēt in ea.j.xv.c. Iter
pigroꝝ ſepes ſpinaꝝ:
via iuſtoꝝ abſq̧ offen
diculo. s Et pes
tuꝰ non impinget:
id ē affectꝰ tuꝰ in tēpta/
tiōibꝰ nō deficiet. Eſa.
lxiij.c. Ubi eſt q̄ edu/
xit eos p abyſſos: q̄ſi
equū i deſerto nō im/
pingentē. t Si doꝛ
mieris/ ſomno natu/
rę: v Nō timebis:
qꝛ ſecure doꝛmit q̄ ſe
inocētē ⁊ bñ vixiſſe añ deū meminit. Uel/ t Si doꝛmieris/
ſomno moꝛtł: v Nō timebis/demōes/cū ea feceris q̄ p̄dicta
ſūt. Uel/ t Si doꝛmieris/ſomno ꝯtēplationis poſt laboꝛē
actiōis: v Nō timebis: qꝛ talis ſomnꝰ dulcł ē doꝛmiēti: et
laudabilis cūctis. Eccſ.v.c. Dulcis eſt ſomnꝰ opanti ſiue pa
rū ſiue mltū comederit. Hiere.xxxj.e. Inebꝛiaui aiam laſſā:
⁊ omnē aiaꝫ eſurientē ſaturaui: ideo q̄ſi de ſomno ſuſcitatꝰ ſū/
⁊ vidi/et ſomnꝰ meꝰ dulcis mihi. Itē Iob.xj.d. Cū te conſū/
ptū putaueris: oꝛieris vt lucifer: ⁊ habebis fiduciā ꝓpoſita ti/
bi ſpe: ⁊ defoſſus ſecurꝰ doꝛmies. Sic aūt doꝛmiēdū eſt in cō/
templatione a ſollicitudine mūdi: vt ſemp coꝛ vigilet ad deū
p deſideriū. Cantł.v.a. Ego doꝛmio ⁊ coꝛ meū vigilat. Ecō/
trario ſomnꝰ auaroꝝ anxius eſt ⁊ amarꝰ: Timēt eñ ne ſurri/
piat̄ eis pecunia: latrones ſomniāt. Uñ Iob.xv.c. Sonitus
terroꝛis ſemp in auribꝰ illiꝰ: ⁊ cū pax ſit/ ille ſp inſidias ſuſpi/
cat̄. Augꝰ. Timoꝛ ⁊ doloꝛ ſeu miſeria nō ſūt nobis/niſi ex bo/
nis q̄ pōt quis amittere. Uñ illis dicit Eſa.l.d. In doloꝛibꝰ
doꝛmietis. Beatꝰ Berñ. Doloꝛ ē eis i trāſitu/timoꝛ i exitu/
pudoꝛ i ꝯſpectu. x Quieſces/in ꝯtēplatiōe: vel pꝰ moꝛtē
ſecurꝰ expectās diē reſurrectiōis. y Et ſuauis erit ſomnꝰ
tuꝰ.i. ſine moleſtia. Eccī.xxxj.c. Somnꝰ ſanitatł i hoie parcoꝛ:
doꝛmiet vſq̧ mane: et aia illiꝰ cū ipſo delectabit̄. z Ne pa/
ueas repētino t̄roꝛe. Hoc pōt cohęrere ſupioꝛi ſic: Ita
ſuauis erit ſomnꝰ tuꝰ: ne.i. vt nō/paueas repentino t̄ro/
re. Uel eſt initiū clauſulę nouę. Et eſt ſenſus: Ita ſuauis erit
ſomnꝰ tuꝰ: q̄ ne paueas moꝛtē vł rerū amiſſionē/vł q̄ſlibet tri
bulatiōes: Quę bñ dicunt̄ repentinꝰ t̄roꝛ: qꝛ cito veniūt ⁊ cito
recedūt. Matth.x.c. Nolite timere eos q̄ occidunt coꝛpꝰ ⁊c̄.
a Et irruētes tibi potētias ipioꝛū/hoim vel demonū/
ſupple ne paueas: qꝛ equū nr̄m tm̄ lędere vel occidere poſſūt:
nob aūt nihil mali facere poſſūt. Et certe nimis ignominioſe
moꝛit̄ q̄ vulnere eq̄ ſui moꝛit̄. Talis moꝛs nō ē timēda: ſꝫ po/ Moꝛs bonoꝝ non eſt timēda pro ꝓter multa.
tiꝰ diligēda/ ꝓpt̄ mlta. Nā talis moꝛs nō ē niſi acceleratio gľi/
ficatiōis/diruptio carcerł/finis pegrinatiōis/poꝛtꝰ nauigatio/
nis/ꝯtritio laquei/depoſitio vetuſtę veſtis/iduitio nouę veſtł/
depoſitio pōderł/deiectio atrociſſimi hoſtł/ſolutio debiti na/
turalis. b Dñs eñ.q.d. nō ē pauēdū: Dñs eñ erit i la/
Pš.22. tere tuo/q̄ſi cuſtos ⁊ ꝓtectoꝛ. Uñ Pš. Si ābulauero i me/
dio vmbꝛę moꝛtł: nō timebo mala/qm̄ tu mecū es. Eſa.xliij.
a. Cū trāſieris p aq̄s tecū ero ⁊ flumia nō opient te: cū ambu
laueris i igne nō cōbureris/⁊ flāma nō ardebit te: qꝛ ego dñs
deꝰ tuꝰ ſanctꝰ iſrł ſaluatoꝛ tuꝰ. c Et cuſtodiet pedē tuū
Pš.56. ne capiaris: laqueo erroꝛis/q̄ ad pedē intellectꝰ: vel laqueo
carnał voluptatis/q̄ ad pedē affectꝰ: De q̄bꝰ pedibꝰ Pš. La/
queū pauerūt pedibꝰ meis. d Noli ꝓhibere bñfacere
eū q̄ pōt. Oñſa vtilitate ſapię: oñdit ſalomō modū acq̄rēdi
⁊ retinēdi eā.ſ.p innocētiā. Quę in duobꝰ ꝯſiſtit.ſ. in nō facere
miſeꝝ: ⁊ nō relinq̄re miſeꝝ. Miſeꝝ facit/q̄ nocet: miſeꝝ relinq̄t/
q̄ nō iuuat cū poſſit. Dic ḡ/ d Noli ꝓhibere bñfacere eū
q̄ pōt: diſſuadendo

qui poteſt/ diſſuadendo vel retrahendo vel malum exē/
plum oſtendendo: Sicut ſcribe ꝛ phariſei: quibus dicitur
Matth. xxiij. b. Ve vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite: qui
clauditis regnum celorum ante homines: vos enim nō in/
tratis nec introeuntes ſinitis intrare. a Sed ſi vales
et ipſe beneſac:

a b ſed ſi vales ꝛ ipſe bn̄fac. Nē
c dicas amico tuo/ vade ꝛ re/
uertere: ꝛ cras dabo tibi/ cū
d e ſtatim poſſis dare. Nē mo/
liaris amico tuo malū: cū ille
f in te habeat fiduciam. Nē
contendas aduerſus homi/
g nem fruſtra/ cūm ipſe tibi ni/
h hil mali fecerit. Nē emuleris
i hominē iniuſtū/ nec imiteris
k vias eius: quia abominatio
l m dn̄i ē oīs illuſor: et cūm ſim/
n plicibus ſermocinatio eius.
o p Egeſtas ā dn̄o i domo ipij:
q r habitacula aūt iuſtoꝝ bene/
s t dicent. Ipſe illuſores delu/

Si autem non va/
Al. nō bz ſed les/ ſufficit bona vo
luntas. Eccl. xiiij.
b. Ante mortem be
neſac amico tuo: et
ſm̄ vires tuas ex/
porrigens da pau/
Al. ꝛ Nō peri. b Ne di/
cas amico tuo va
de ꝛ reuertere: ꝛ
cras dabo tibi
cum ſtatim poſ/
ſis dare. q. d. non ſolum beneſac/ ſed etiam cito: quia qui
cito dat/ bis dat: dare neſcit/ qui dare tardat. Sen̄. Quā/
Myſtice tum addis more: tantum demis gratie. Vel Myſtice/
de chriſto: qui petit a nobis peccata noſtra: ꝛ conuerſio/
nem noſtram reputat dationem/ quando ex amore eſt non
ex timore. Dicit ḡ ſalomon cuilibet: b Ne dicas ami/
co tuo: id eſt chriſto/ qui verus eſt amicus: quia diligit in
proſperis ꝛ in aduerſis. j. xvij. c. Omni tempore diligit q̄
amicus ē. c Vade et reuertere et cras dabo tibi:
ſcilicet confeſſionem peccatorum. d Cum ſtatim poſ/
ſis dare. Eccl. v. b. Ne tardes conuerti ad dn̄m: et ne diſ/
feras de die in diem. Deut. xxiiij. c. Non negabis mercedē
indigentis pauperis: ſed eadem die reddes ei precium labo
ris. Chriſtus eſt indigēs ꝛ pauper: qui pro nobis in paſſio/
ne laborauit: Cui reddere debem⁹ eadem die: id eſt in hac
vita precium laboris ſui: id eſt noſmetipſos. Eccl. iiij. a.
Non protrahas datum anguſtianti. e Ne moliaris
amico tuo malum. Supra dixerat: Beneſac: nunc di/
cit: Declina a malo: et ſic ad perfectam iuſticiam exhorta/
tur. Et primo docet declinare doloſam excogitationem no
cendi. Secundo opus nocendi: ibi: Ne contendas. Di
cit ergo: e Ne moliaris amico tuo malum: dolos
contra ipſum cogitando: quod peſſimum eſt: et tn̄ hoc mul
ti faciunt: ſicut ioab contra amaſam. ij. Reg. xx. c. Unde
Miere. ix. b. Unuſquiſq̄ a proximo ſuo ſe cuſtodiat: et i fra/
tre ſuo non habeat fiduciam. Et. j. ibidem. c. In ore ſuo pa
cem loquitur cum amico ſuo: et occulte ponit ei inſidias.
f Ne contendas aduerſus hominem fruſtra: id
eſt ſine cauſa rationabili. Non prohibet contendere aduer/
ſus eum qui male operatur vt corrigatur: quia hoc non fit
fruſtra. Unde apoſtolus. j. Timoth. v. d. Peccantes corā
omnibus argue: ſed prohibet iracundam contentionem et
litigioſam correctionem. Talis enim correctio inutilis eſt:
imo pernicioſa. Jaco. iij. d. Ubi eſt celus ꝛ ꝯtentio: ibi eſt
inconſtantia ꝛ omne opus prauum. Eccl. xx. b. Sapiens
in verbis ſeipſum amabilem facit: gratie autem fatuorum
effundētur. g Cum ipſe tibi nihil mali fecerit: ſed
potius ſibi. q. d. non debes cōtendere aduerſus eum: quia
non poteſt tibi nocere niſi velis. Et eſt hoc contra multos
qui contendunt contra perſecutores ſuos: qui potius iuuāt
q̄ noceant: Juſtus enim non habet cui noceat: Juſtus enī
Sex genera hoim̄ fruſtra corripiunt non habet aduerſarium. Et nota ſex genera hominum qui
fruſtra corripiuntur: quia ſunt incorrigibiles. Primo deri/
ſores ſeu illuſores. j. ix. b. Noli arguere deriſorem/ ne ode/
rit te. Item in eodem. Qui erudit deriſorem: ipſe ſibi iniu/
riam facit. Secundo ſtulti/ qui ſe reputant ſapiētes. j. xviij.
a. Non recipit ſtultus verba prudentie/ niſi ea dixeris que
verſantur in corde ſuo. Item. xxvij. d. Si contuderis ſtul/
tum in pila quaſi tiſanas deſuper feriente pilo/ non aufere/
tur ab eo ſtulticia eius. Eccs. x. a. Stult⁹ omnes ſtultos re/
putat cum ſit ipſe inſipiens. Tertio ſeruus peccati. j. xxix.
c. Seruus verbis erudiri non poteſt. Quarto detractores
vel improperatores. Eccl. xxiij. c. Homo aſſuetus in ver/
bis improperij omnibus diebus vite ſue non erudietur.
Quinto et ſexto/ ſunt immūdi ꝛ rebelles. De quib⁹ Mat.
vij. a. Nolite ſanctum dare canibus: ꝛ margaritas ſparge/
re ante porcos. h Ne emuleris ꝛc.
q. d. non ſolum ma/
lum opus ꝓhibeo:
ſed etiā conſenſum
in malum: quia faci
entes ꝛ conſentien/
tes par pena ꝯſtrin
git. Dic ergo: Ne
emuleris homi/
nem iniuſtum cō
ſentiendo vel con/
formādo te ei. Emu/
latio enī eſt aſſimulationis affectio vel affectatio. j. xxiij. b.
Non emuletur cor tuum peccatores. Roma. xij. a. Noli/
te conformari huic ſeculo. Hoc eſt contra eos qui iratis
iraſcuntur/ detrahentibus detrahunt/ adulantibus adulan
tur: Hi ſunt ſimie diaboli. i Nec imiteris vias
eius: id eſt opera quibus vadit in infernum. Ps. Noli Ps. 56.
emulari in eo qui proſperatur in via ſua: in homine facien/
te iniuſticias. Quare: k Quia abominatio domi/
ni eſt omnis illuſor: qui exterius habet opera de gene/
re bonorum/ ſed interius malus eſt. l Et. i. ſed. m Cū
ſimplicibus/ quos facile decipit: n Sermocinatio
eius: id eſt illuſoris/ vel dn̄i qui ſimplicib⁹ ſua ſecreta re/
uelat. Sed/ o Egeſtas/ temporal' ꝛ ſpiritual': p A
domino in domo impij: id eſt in inferno: ſicut patet in
diuite epulone: qui in inferno indiguit gutta aque: quam
habere non potuit/ licet impudenter mendicauerit eam:
Luc. xvj. f. Vel/ In domo impij: id eſt in conſcientia.
Unde Malach. ij. a. Si nolueritis ponere ſuper cor vt de/
tis gloriam nomini meo/ mittam in vos egeſtatem. Vel/
In domo: id eſt in familia domeſtica. Job. xx. b. Filij
eius: id eſt ſuperbi/ atterentur egeſtate: manus eius red/
dent ei dolorē ſuū. q Habitacula autem: id eſt ſed:
iuſtorū/ vel/ tabernacula: id eſt mentes: r Bn̄di/
centur/ ſpirituali benedictione: in preſenti benedictione
gratie: in futuro benedictione glorie: quando dicetur eis:
Venite benedicti ꝛc. Matth. xxv. c. Eph. j. a. Benedict⁹
deus ꝛ pater dn̄i noſtri ieſu chriſti: qui bn̄dixit nos in om/
ni benedictione ſpirituali in celeſtibus in chriſto. Juſti di/
cuntur habitare in tabernaculis: quia ſemper ſunt in pug/
na. Nume. xxiiij. a. Q̄ pulchra tabernac'a tua iacob/ ꝛ ten
toria tua iſrl'. Tabernacula iacob/ quo ad actiuos: tētoria
iſrael/ quo ad contemplatiuos. s Ipſe. ſ. dn̄s: t Il/
luſores deludet: id eſt deluſione dignos oſtendet in die
iudicij: vel ab antichriſto ꝛ ſuis deludi permittet. Vel de/
ludere dn̄i/ eſt non compati: ſicut. S. j. c. Ego quoq̄ in inte/
ritu veſtro ridebo. Pluraliter autem dicit: Illuſores: q2
plura ſunt genera illuſorum. Illuſor enim eſt qui promit/ Multa ſūt ge/ nera illuſorū
tit ꝛ non ſoluit. j. xix. d. Parata ſunt deriſoribus iudicia ꝛ
mallei percutientes ſtultorum corporibus. Item q̄ ad ho/
ſtium ſuum facit pauperem/ imo dn̄m in paupere diutius
expectare: et poſtea vacuum dimittit. Eſa. xxviij. c. Refi/
cite laſſum: hoc eſt refrigerium meum: ꝛ noluerunt audire:
et erit eis verbum dn̄i: manda remanda: expecta reexpec/
ta: modicum ibi modicum ibi. Et ſequitur ibi: Propter
hoc audite verbum dn̄i viri illuſores. Item illuſor eſt qui
audit verbum dn̄i ꝛ non facit. Eſa. xxix. f. Defecit qui pre/
ualebat: conſūmatus eſt illuſor. Item illuſor eſt qui tenet
fundum terre ſue: id eſt cordis ſui a dn̄o: et tn̄ cenſum eius
reddit diabolo. In epiſtola Jude. f. In nouiſſimis tem/
poribus venient illuſores ſm̄ deſideria ſua ambulantes
non in pietate. Item illuſor eſt qui reſilit a pacto dei/ mi/
nora eſtimans penā

nora eſtimans premia dei labore ſuo. ij. Pet. iij. a. Venient in nouiſſimis dieb⁹ in deceptiõe illuſores iuxta ꝓprias cõcupiſcẽtias ambulãtes / dicẽtes: vbi eſt ꝓmiſſio. Itẽ illuſor eſt q̃ in lectione vel oratiõe vel p̃dicatione ore dirigitur ad deum: ſed corde conuertitur ad ſeculũ: quaſi vendat ei aſinũ / vt faciũt pueri.

Al. † humilib⁹

De his dicit domin⁹ Eſa. xxix. d. Populus hic labijs me honorat ꝛc. Baruch. iij. b. Vbi ſũt ꝑncipes gentiũ ꝛ q̃ dñantur ſuper beſtias que ſunt ſup terram: qui in auibus celi ludunt: id eſt in oratione vel lectiõe vel predicatione: q̃ debent quaſi aquile ad celũ volare ꝛ inde predam rapere.

a det: et † mãſuetis dabit gratiã.
b c Gloriam ſapientes poſſidebunt: d ſtultorum exultatio ignominia. ¶ Ca. IIII.

A e f g h Udite filij diſciplinam patris: et attendite vt ſciatis prudentiam. i Donum bonũ tribuam vobis: k legem meam ne derelinquatis. l Nam ꝛ ego filius fui m n patris mei / tenellus et vnigenit⁹ o corã mr̃e mea: et docebat me p q atq; dicebat: Suſcipiat r vba mea cor tuũ: cuſtodi s precepta mea et viues. t v Poſſide ſapientiã: poſſide x prudẽtiã. Ne obliuiſcaris: y neq; declines a vbis oris mei.

Itẽ illuſor eſt qui ſimulat ſe audire deum et nõ audit: vt multi religioſi q̃ dicũt ſe audire theologiam ꝛ audiũt decreta. His proprie dicit apoſtol⁹ Gal. vlt. b. Nolite errare: deus non irridetur. Item illuſor eſt q̃ quaſi ꝯuiua ad ꝯuiuiũ verbi dei vadit / ꝛ tñ nõ vult guſtare. Tales ſunt qui lectionem vel predicationem audiunt: et q̃d cõtra eos vł pro eis dicatur non attendunt. j. xiij. a. Qui illuſor eſt non audit cum arguitur. Omnes hos illuſores dominus illudit: id eſt illudi permittit: Sicut mus qui credit venire ad paſtum et venit ad laqueum: ſic peccatores in ſuis delitijs capiuntur. Deludet etiam in futuro / ſicut aui illuditur / cui caro rubea offertur: et quando vult comedere ſubtrahitur ei: ſic dominus ſe ſubtrahet reprobis / vt non videant gloriam dei. Hoc eſt quod dicitur Iob. xl. d. Nunquid illudes ei quaſi aui? a ¶ Et manſuetis / vel humilibus / alia littera: dabit gratiam / in preſenti. b ¶ Et gloriam / in futuro. Vel Gloriam: id eſt glorioſam conſcientiam. ij. Cor. j. c. Gloria noſtra hec eſt: teſtimonium conſcientie noſtre. c ¶ Sapientes poſſidebunt: id eſt qui hic temporaliter eligunt flagellari / vt in eternum poſſint cum ſanctis angelis gloriari. Gloria eſt alta / lata / ſublimis claraq; fama. Alta de factis arduis. Iudith. xv. d. Tu gloria hieruſalem: tu leticia iſrael: tu honorificentia populi noſtri: quia feciſti viriliter. Lata: quia a multis laudatur. Eccl. xliiij. c. Sapientiam ipſorum narrent populi: et laudem eorum nunciet eccleſia. Sublimis: quia a magnis laudat. Eccl. xlv. a. Glorificauit illum in conſpectu regum. Clara ſine macula alicuius peccati. Multi enim magna faciunt que laudari poſſunt a magnis: ſed ponunt maculã in gloria ſua: Sicut legitur de ſalomone Eccl. xlvij. c. Dediſti maculã in gloria tua. Talem gloriam dabit dominus ſuis in futuro: et aliquãdo dat in preſenti. Ab illo loco ſumptũ eſt illud: Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autẽ dat gratiã: Iaco. iiij. b. Et. j. Pet. v. b. d ¶ Stultorũ exultatio ignominia. i. ignominioſa: vel cauſa ignominie: quia letantur cũ male fecerint: ꝛ exultant in reb⁹ peſſimis. s. ij. c. Vbi dicit Aug⁹. Gaudium eorũ gaudium phreneticorũ. Iaco. iiij. d. Nunc aũt exultatis in ſuperbijs veſtris: ſed omnis exultatio talis maligna eſt.

A Udite filij ꝛc. ¶ Expoſitio Capituli. IIII.
In capitulo precedẽti hortatus eſt ſalomon filiũ ſuũ ſingularit / tria amouẽs ab ei⁹ diſciplina: ſcilicet negligentiã / tediũ / et diffidẽtiam: In hoc autem cap̃lo hortat amotis impedimentis ad proficiendum in ſapientia. Et loquit pluraliter: quia hortatur generaliter omẽs. Diuiditur autẽ hoc capitulum in tres partes. In prima hortatur ad profectum ſapientie exemplo ſui / qui aliquando ſine ſapientia fuit. Nam ſicut dicit Glo. Nihil magis ad ſpem percipiende ſapientie mentes erigit q̃ cum eos quos in ſapientia iã clarere miramur / aliquando paruulos et indoctos fuiſſe meminimus. Secũdo docet viam ꝛ modum proficiendi: ibi: Audi fili mi ꝛc. Tertio docet finem intentionis quo tendendum eſt: ibi: Fili mi auſculta. Continua ergo ſic: Gloriam ſapiẽtes poſſidebũt: Ideo e ¶ Audite / auditu interiori. f ¶ Filij / quibus ſeruatur pater / na hereditas. g ¶ Diſciplinã patris: qui diligenter monet: cui debetur amor. Malach. j. b. Si ego pater ſũ vbi eſt honor me⁹? h ¶ Et attendite: id eſt animi diligentiam adhibete: per quam acquiritur ſapientia. Eccl. vj. d. Si attenderis mihi diſces ſapientiam: et ſi accõmodaueris animum tuum ſapiens eris. Vel ſic. e Audite filij diſciplinam patris: id eſt quomodo debeatis recipere diſciplinam patris: vel quomodo ipſe recepit. h ¶ Et attendite vt ſciatis prudentiam: id eſt diſcretionem: que in omnibus neceſſaria eſt: que eſt auriga virtutum: vt dicit beatus Bern. Et Roma. xij. a. Rationabile ſit obſequium veſtrum. Sed ne quis auerteret auditũ ab eo / ſubiungit quare debeat audiri / dicens: i ¶ Donũ bonũ tribuam vobis: id eſt doctrinam ſapientie: que melior eſt auro ꝛ argento. Eccl. vlt. d. Comparate vobis ſine argento ſapientiam. Ibidem. Aſſumite diſciplinam in multo numero argenti. Vel ſicut dixit Ariſtoteles eſchyno diſcipulo ſuo: Meliorem reddam te tibi. k ¶ Legem meam ne derelinq̃tis: id eſt ne diffidatis de ſapia. l ¶ Nã et ego fili⁹ fui patris mei / ſcilicet dauid vel dei. m ¶ Tenellus: id eſt paruul⁹ ſenſu: et ideo habilior ad docendũ: ſicut cera mollis q̃ cito poteſt informari. n ¶ Et vnigenit⁹ coram matre mea: berſabee / et inde charior. Sed h̃ videt falſũ: quia ante ipſũ habuit aliũ filiũ berſabee de dauid: vt legitur. ij. Reg. xj. d. Sol. Ille non cõputatur: quia cito mortuus ẽ et ſine nomine: vt patet. ij. Reg. xij. d. o ¶ Et docebat me / pater vel mater. p ¶ Atq; dicebat / mihi: q ¶ Suſcipiat verba mea cor tuum: ſicut ager ſemen. Luc. viij. b. Semen eſt verbum dei. Iaco. j. c. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. Vel ſicut regulam ꝛ artem viuendi / non ſciendi vel loquendi. r ¶ Cuſtodi precepta mea: opere ꝛ etiam corde per amorem / tanq̃ charũ depoſitum. Deut. iiij. a. Cuſtodite mandata dñi dei veſtri. s ¶ Et viues / inde vita gratie in preſenti: et vita glorie in futuro. Luc. x. c. Hoc fac ꝛ viues. t ¶ Poſſide ſapientiam / de diuinis: id eſt cuſtodi vt hereditatem: Hec enĩ eſt hereditas filiorum libere: ſed filijs ancille largitur pater munera: id eſt temporalia: ſicut legitur Gen. xxv. a. v ¶ Poſſide prudentiam / de humanis. Dicitur autem poſſeſſio quaſi pedis poſitio: quia in ſapiẽtia pes affectus ponendus eſt / non ſolũ oculus intellect⁹. Non enĩ homo ponitur ĩ agri poſſeſſione ſolo intuitu / ſed tactu vel iactu: ſic ſapientia non cognitione ſed amore poſſidetur. Neq; enĩ ſcire multas diuitias diuitez facit / ſed habere: ſic nec ſcire ſapientiam / ſapiẽtem facit ſed amare. Unde Sap. j. a. Diligite iuſticiam qui iudicatis terram. Poſſidenda eſt autem ſapientia vt ager vel arbor / vt de fructibus illius primo veſcatur qui poſſidet: ꝛ de ramis eius compingat ſibi tabernaculum. Sed multi habẽt ſapientiam ſicut arca theſaurum: que reuera nõ poſſidet / ſed qui vtitur ille poſſidet. Seneca. Animus / non arca diues appellari ſolet. x ¶ Ne obliuiſcaris / quo ad intellectum: y ¶ Neq; declines a verbis oris mei / quo ad affectum: Obliuiſcitur autem ſapientiam: qui quod ſcit non facit: Declinat vero a verbis dñi: qui inde querit cõmodũ temporale.

De vbo. ſigni. c. nã et ego

C a Ne dimittas eã/a te recedere:ſʒ cõſerua ope: b Et
cuſtodiet te/cuſtodita a te. Cuſtodiet/inquã/nõ ſolũ ꝓ/
tegendo ab hoſtibus:ſed etiã debellãdo ipſos. Vñ pallas.i.
ſapientia:apud philoſophos dea belloꝝ dicit̃:q̃ſi pharetra/
ta ſagittis acutis ſacri eloquij. Vñ Cañ.iiij.b. Mille clypei
pendẽt ex ea/quibus
defendit veritatẽ fidei
et impugnat falſitatẽ
Al.†dirige extollentẽ ſe aduerſus
veritatem.i.[Cor.]xiiij.a.
B Cum diſpoſitiõe itur
ad bellũ:⁊ erit ſal⁹ vbi
multa ɔſilia. c Di/
Al.†Accipe lige/vel/dirige eã/
Al.†ɔſeruabit affectu ⁊ effectu. d
Al.†gloriaberiꝭ Et ſeruabit te: a
corruptione et putre/
dine peccati:quaſi ſal
et aroma et myrrha.
Eccl.xxiiij.b. Sic myrrha electa dedi ſuauitatẽ odoꝛ̃.

a Ne dimittas eã et cuſtodi/
b et te:†dilige eã ⁊ ſeruabit te.
c d e f Principium ſapiẽtie/poſ/
g ſide ſapientiã:⁊ in õmi poſ/
h ſeſſione tua ãcquire pruden
i k tiã.†Arripe illã ⁊†exaltabit
l m te:†glificaberiꝭ ab ea cũm eã
n fueris amplexatus. Dabit
o capiti tuo aũgmẽta gratia/

Myſtice ✠ a Ne dimittas eã.i.ne effugies eã: Nõ eñ recedit
dñs niſi fugat⁹. b Et cuſtodiet te:a violentia diaboli.
c Dilige eã.i.diligere te eã proba opib⁹: Nõ eñ eſt ve/
ra dilectio/q̃ negligit operari. Vel/Dirige eã:alia lr̃a:do/
cendo eã. d Et ſeruabit te:a pctõ/⁊ ab hoſtiũ oppreſſi/
one. Judith.xiij.c. Viuit dñs de⁹ nr̃:qm̃ cuſtodiuit me an/
gel⁹ ei⁹/⁊ hinc euntẽ ⁊ ibi cõmorantẽ:⁊ inde huc reuertentẽ.
e Principiũ ſapiẽtie/ future.ſ.eſt hoc: f Poſſide
ſapiẽtiam/p̃ſentẽ.q.d. principiũ ſapientie future/eſt poſ/
Triplex prin ſeſſio ſapie p̃ſent⁹. Eſt aũt triplex p̃ncipiũ ſapie.ſ. timoꝛ: vt
cipiũ ſapiẽtie habet̃.ſ.j.a. Timoꝛ dñi p̃ncipiũ ſapie. Itẽ ɔcupiſcẽtia diſci
pline. Vñ Sap.vj.c. Initiũ ſapie ẽ veriſſima diſcipline ɔcu
piſcẽtia. Itẽ poſſeſſio ſapie: vt dr̃ hic. Ex his trib⁹ p̃ncipijs
ſyllogiçat̃ ois ɔcluſio ſapie. Ex p̃mo ɔcludit̃ fuga mali: Ex
ſcđo cõpeſcit̃ ira dei:Ex tertio efficit̃ hõ amicus dei. Poſſi/
dere ꝟo ſapientiã nõ eſt lr̃as ſcire vl̃ codices multos paratoſ
⁊ poſtillatos habere/ſ̃ ea vti velle:nõ ſolũ ſibi/ſ̃ ⁊ alijs. Vñ
Tulli⁹. Sapia ẽ nobilis theſaur⁹/auarũ dedignatur poſſeſ/
ſorẽ:niſi publicet̃ cito elabit̃:⁊ diſtributa ſuſcipit incremẽtũ.
Vñ btõ Berñ. dictũ ẽ: Niſi illud erogaueris/aliud nõ acci
pies. g Et i oi poſſeſſione tua/corpali vl̃ ſpirituali:gra
tuita vl̃ naturali: h Acquire prudẽtiã.i.diſcretionẽ:q̃
q̃ſi auriga regis ꝟtutes ⁊ opa eaꝝ:ne aliq̃d nimis/ne aliq̃d
paꝝ fiat. Vl̃/ g In omi poſſeſſiõe tua.i.ꝓ oi poſſeſſio
ne tua corpali: h Acq̃re prudẽtiã.i.ſapiẽtiã.i.omia q̃
habes da/vt habeas eã. Cañ.viij.b. Si dederit hõ omnem
ſubſtantiã dom⁹ ſue ꝓ dilectione/q̃ſi nihil deſpiciet eam. i
Arripe illã:vel/accipe.i.ad te cape/q̃ſi diu deſideratam:
k Et exaltabit te/in futuro. Eccl.xj.a. Sapia humiliati
exaltabit caput illi⁹:⁊ i medio magnatoꝝ ɔſedere illũ faciet.
Vl̃/ i Arripe illã.ſ.ſapiaʒ.i.chriſtũ/ tãq̃ꝫ auis nobilis ꝑ/
daʒ nobiliſſimã/⁊ eſcã ſuauiſſimã. Matth.xxiiij.c. Vbicũq̃ꝫ
fuerit corpus/ illuc congregabunt̃ ⁊ aq̃le. Propt̃ h̃ in celũ
aſcẽdit: vt nos illuc attraheret. Joh.xij.e. Si exaltat⁹ fuero
a t̃ra/oĩa trahã ad meipſũ. Job.ix.d. Dies mei trãſierũt ſic̃
aq̃la volãs ad eſcã. Vel/ i Arripe illã.i.chriſtũ/q̃ſi vio/
lẽta manu cape: Alit̃ eñ nõ põt capi/niſi violẽtia fiat ei. Qđ
ſigt̃ Geñ.xxxij.f. i lucta iacob cũ ãgelo:quẽ noluit dimittere
donec bñdixiſſet eũ. Vñ Matth.xi.b. Regnũ dei vim pati/
tur:⁊ violẽti rapiũt illđ. k Et exaltabit te/ab imo vitioꝝ
ad alta ꝟtutũ:a t̃ra ad celũ. Et/ l Glificaberiꝭ vel/glia/
beris ab ea.i. glioſus eris ab ea: m Cũ eã fueriꝭ am/
plexat⁹/q̃ſi rẽ amatã duob⁹ brachijs.i.actionis ⁊ cõtẽpla/
tionis:ſicut ipſa nos amplexat̃ duobus brachijs. Cañ.ij.b.
Leua eius ſb capite meo:⁊ dextera illi⁹ ãplexabit̃ me. Leua
ſapie/ẽ diſciplina flagelloꝝ:dextera eius/diſciplina ꝟboꝝ.
De his dr̃/Eccl.xxij.a. Flagella ⁊ doctria i omi tpe ſapia.
Sed mlt̃i ſũt manci/nõ habẽtes niſi vnũ brachiũ: volũt eñ
habere ſapiaʒ in ſtudio ɔtẽplatiõis/ſed nõ i exercitio opis:
Sic iacob volebat habere rachel ſine lia/ſed tñ p̃us habuit
liã:qꝛ nõ erit iſraelita/q̃ non fuerit iacobita: vt dic̃ Auctori/
tas. Jõ dr̃ Eccl.lj.c. Collucta ẽ aia mea cũ ſapia. Vellẽt
etiã q̃ ſapia eẽt mãca/nõ habẽſ leuã. n Dabit capiti tuo
.i.mẽti: o Augmẽta graꝝ/ſpiritualiũ et tpaliũ: p Et
corona iclyta.i.ſeipſo: q Proteget te/i futuro. Eſa.
xxviij.b. Erit dñs ex/
ercituũ corona glie:et
ſertũ exultatiõis reſi/
duo ꝑplĩ ſui/factum ex
lilijs et roſis et violis
ſpũalibus. Vel coro/
na dr̃ tot⁹ chor⁹ ꝟtu/
tũ:q̃ corona oꝛnat̃ ca/
put.i.mẽs iuſti. Et bñ
dicit̃ hec corona ꝓte/
gere:qꝛ non ſolũ ꝟtu/
tes ad oꝛnatuʒ ſunt: ſ̃
etiam ad munimentũ.
Hec corona iſigne eſt

p q rũ:et cõrona inclyta prõte/
r s get te. Aũdi fili mi:⁊ ſuſcipẽ
t verba mea: vt mũltiplicent̃
v tibi anni vite. Viãm ſapiẽ/
x tie monſtrabo tibi: dũcam
y te per ſemitas eq̃tatis:qũas
z cum ingreſſus fueris/ nõn
a artabunt̃ greſſus tui:ẽt cur/
rens non habebis offendi/

regni ⁊ victorie. Ecõuerſo corona h⁹ mũdi inſigne eſt ludi/
brij ⁊ tormenti: De q̃ dr̃/Eſa.xxij.e. Coronans coronabit te
dñs tribulatiõe. r Audi fili mi. Secũda ps capituli:in
qua docet viã ⁊ modũ ꝓficiẽdi in ſapia. q.d.ita didici a p̃re
meo/⁊ tu fac ſilr̃: Et iõ/audi fili mi:qm̃ nõ docerẽ/niſi bo
na et vtilia. s Et ſuſcipe ꝟba mea.i.deſurſũ veniẽtia
accipe. Joh.iij.d. Qui de terra ẽ de t̃ra loq̃t̃:q̃ de celo venit
ſup oẽs ẽ: ⁊ qđ vidit ⁊ audiuit/h̃ teſtat̃. Audi/intellectu:et
ſuſcipe/in affectu: t Vt multiplicent̃ tibi ãni vite/
tpalis/ad lr̃aʒ. Vl̃/ãni vite.i.dona gr̃e vl̃ p̃mia glie. Job.
xxxvj.b. Si audierint ⁊ obſeruauerit:cõplebũt dies ſuos in
bono/et annos ſuos in glia. v Viã ſapie mõſtrabo ti/
bi/q̃.ſ.ad te veniat. Hec via ẽ iuſticia: De q̃ Eccl.j.d. Ser/
ua iuſticiã/⁊ de⁹ p̃bebit eã tibi.i.ſapiaʒ. Vl̃ via ſapie ẽ ꝑ quã
itur ad ſapiaʒ/vel quã docet ſapia: Hec ẽ charitas.j.Coꝛ̃.
xij.d. Adhuc excellẽtiorẽ viã vobis demõſtro.

Via ſapientie:
Pacifica ⁊ munda. Sup.iij.c. Vie eius vie pul/
chre:⁊ omes ſemite illius pacifice.
Recta. Sap.x.b. Hec ꝓfugũ ire f̃ris iuſtũ dedu/
xit per vias rectas/⁊ oñdit illi regnũ dei.
Secura. Sap.x.c. Cuſtodiuit illum ab inimicis ⁊
(a ſeductoribus.
Lucida. Sap.x.d. Fuit illis in
velamento diei:⁊ in luce ſtellaꝝ nocte.
Leta ſiue iocũda. Sap.vj.c. In vijs ſuis oñdit
(ſe illis hilarẽ.
Sublimis. Eſa.lv.c. Sic exaltant̃
celi a t̃ra:ſic exaltate ſũt vie mee a vijs vr̃is ⁊c̃.

x Ducam te ꝑ ſemitas equitatis.i.per opa virtutũ.
Vel ſic: v Viam ſapientie monſtrabo tibi.ſ.p̃cep/
ta ꝑ que gradiaris ad deũ/duce ſapiẽtia. x Ducã te per
ſemitas eq̃tatis.i.ꝑ cõſilia. Via/in lege docet̃: ſemita/in
euangelio. Vñ ibi eſt oſtenſoꝛ:h̃ ꝟo ductoꝛ:qꝛ lex monſtra/
uit pctm̃: ſ̃ neminẽ ad ꝑfectũ duxit. Matth.xix.c. Vnũ ti/ Mar.10.c.
bi deeſt: Si vis ꝑfect⁹ eẽ ⁊c̃. y Quas cũ igreſſus fue/ Luc.18.d.
riꝭ.ſ.vias ⁊ ſemitas: z Nõ artabunt̃ greſſus tui.i.
affect⁹ q̃bus currit̃ ad deũ. Vñ via ſapie in p̃ncipio arta ẽ.
Matth.vij.b. Arta eſt via q̃ ducit ad vitã. Sed in ꝓgreſſu
dilatat̃:qꝛ de die in diẽ fit onus dñi leui⁹ ad portãdũ. Qr̃to
magiꝭ eñ recedit̃ a cẽtro:tãto latioꝛ ẽ circul⁹. Eſa.xl.g. Cur/
rent ⁊ nõ laborabũt:ambulabũt ⁊ nõ deficiẽt. Ecõuerſo via
mũdi lata eſt in p̃ncipio. Matth.vij.b. Spacioſa eſt via q̃
ducit ad ꝑditionẽ. Sʒ in ꝓgreſſu artat̃. Job.xviij.b.de aua/
ro: Artabunt̃ greſſus ꝟtutiꝭ ei⁹. Quia q̃to pl⁹ accedit̃ ad cẽ/
trũ:tãto plus erit artioꝛ circul⁹. Joh.xvj.g. In mũdo p̃ſſu/
rã habebitiꝭ: Quia multi volũt eẽ i cathedra vna ⁊ in p̃bẽda
vna. a Et currẽs nõ habebis offẽdiculũ: Quia q̃
in via dñi currit/feruẽti aio ſiue deſiderio de ꝟtute i ꝟtutẽ/
nõ offẽdit:qꝛ pedes leuat ad celũ.j.Coꝛ̃.ix.d. Hi q̃ i ſtadio
currũt/ oẽs q̃dẽ currũt:ſʒ vn⁹ accipit brauiũ. Itẽ q̃ i via dñi
currit nõ offendit:qꝛ via tota plana et ſuauis eſt ei/et lucida:
Charitaſ eñ oia offẽdicula cõplanat:oẽm amaritudinẽ dul/
corat. Vñ ſi modica gutta charitatis poſſet inferno miſceri:

 totũ infernũ dulcoraret:

totũ infernũ dulcoraret: qꝛ tũc infernus amaret̃: ꝛ ſic neceſſa
rio placeret. E cõuerſo / via mũdi plena eſt offẽdiculis. Eccꝉ.
xxj.b. Uia peccãtiũ cõplantata lapidibus: ꝛ in fine illoꝝ infe
De diſciplina ri ꝛ tenebꝛe ꝛ pene. Ergo / a Tene diſciplinã.ſ. verbe/
rũ ꝛ verboꝛũ / ſic rem charã: ſine qua offendit̃ in via. Leuit.
xxvj.d. Si nolueritis
recipere diſciplinã ſed
ambulaueritis ex ad/
uerſo mihi: ego q̃z ꝯ
Al. †illa vos incedam. Tenẽ/
Al. †in da ẽ ꝗ diſciplina tãꝗ
via regia ducẽs ad ci/
†Pſ. 106. uitatẽ dei. De q̃ Pſ.
Uiam ciuitatis habi/
taculi non inuenerũt.
Al. †cũ b Ne dimittas eã:
Al. †nõ deuiãdo vel regrediẽ/
do. c Cuſtodi il/
lam.ſ. diſciplinã / ve/
lut theſaurũ ꝓcioſũ.

a culum. Tene diſciplinã nẽ
b c dimittas eam. Cuſtodi illã:
d e quia †ipſa ẽ vita tua. Ne de/
lecteris †ſemitis impioꝛum:
f nec tibi placeat maloꝛũ via.
g h Fuge ab ea nec tranſeas ꝑ
i k illam: declina et deſere eã.
l Non enim doꝛmiunt niſi †
m malefecerunt: et †rapitur ſom
n nũs ab eis niſi ſupplanta/

Job. xxxviij.c. Nũqd ingreſſus es theſauros niuis: aut the/
ſauros grãdinis aſpexiſti: Item vt cuſtodẽ ꝛ iudicem ꝓꝑe
ciuitatis: per quã vindicamus in nobis ſi quid in deum vel in
ꝓximũ offendimꝰ: Unde male eſt illi ciuitati vbi non eſt hu/
iuſmodi iuſticiariꝰ: qꝛ abũdãt ibi latrones. Eſa. xxvj.d. Iu/
ſticiã nõ fecimus ĩ terra nr̃a: ideo non ceciderũt habitatoꝛes
eiꝰ.i. pctã vel motus mali. Eſt autẽ hmõi diſciplina celꝰ re/
ctitudis: odiũ vitioꝝ: ſignificata ꝑ ṽgã moyſi: ad cuiꝰ tactũ
mare ꝯcupiſcentiarũ diuiſũ eſt: vt filij iſrl̃.i. bone cogitatio/
nes liberũ haberẽt tranſitũ in terrã ꝓmiſſionis: Exo. xiiij.e.
Eſt etiã diſciplina gladiꝰ q̃ carnalia deſideria trucidant̃. Uñ
Cañ. iij.c. legit̃ / ꝙ lectulũ ſalomonis.i. animã fidelẽ / ſexagin/
ta foꝛtes ambiũt: et vniuſcuiuſqꝫ enſis ſuꝑ femur ſuũ: ita vt
ꝯcito caput ſerpentꝭ apparuerit.i. praua ſuggeſtio vel mala
cogitatio: ſtatim hmõi gladio trucidet̃. Sed inutilis eſt gla/
dius niſi manibꝰ firmit̃ teneat̃. Uñ. s. dixit: Tene diſciplinã.
Et in Cantꝭ. poſt ꝑdicta ṽba adiũgit̃: Tenẽtes gladiũ ꝛ ad
bella doctiſſimi. Eſt etiã diſciplina vita noui hoĩs. Cõtrarijſ
eni viuũt nouꝰ ꝛ verꝰ hõ. Illiꝰ cibꝰ ẽ amoꝛ moleſtiarũ: iſtiꝰ eſt
amoꝛ delitiaꝝ: Uita vnius ẽ moꝛs alterius. j. Timoth. v.a.
Uidua in delitijs viuẽs moꝛtua ẽ. Eſt etiam diſciplina paniſ
quo patientia viuit. Threñ. iij.d. Saturabitur opꝓbꝛijs.
Uñ qui diſciplinã refugit / cibũ ſuũ patiẽtie ſubtrahit: ꝛ fame
moꝛi compellit. Quare aũt cuſtodiẽda ſit diſciplina / ſubdit:
d Quia ipſa ẽ vita tua.i. cauſa vite tue. Uite grẽ in ꝑ/
ſenti / et gloꝛie in futuro. Amouet eñ carnales delitias: q̃ ſũt
moꝛs aĩe. Quõ aũt cuſtodiẽda ſit diſciplina ſubdit. e Ne
delecteris ſemitꝭ impioꝝ.i. ne imiteris vel cõſentias. j.
xxiiij.a. Ne emuleris viros malos: nec deſideres eſſe cũ eis.
Quare: Eccꝉ. xiij.a. Qui tangit picẽ inqnabit̃ ab ea: ꝛ q̃ cõ/
Uia maloꝝ multiplex municat ſuꝑbo / induet ſuꝑbiã. f Nec tibi placeat ma/
loꝝ via / vt in ea ambules: qꝛ lutoſa ẽ in luxurioſis: tenebꝛo/
ſa ĩ iracũdis: ſpinoſa ĩ auaris: petroſa in detractoꝛibꝰ. Eccꝉ.
xxj.b. Uia peccantiũ cõplãtata lapidibꝰ: cauernoſa ĩ ſimula/
toꝛibꝰ: mõtuoſa in ſuꝑbis. Differt autẽ ſemita impioꝝ ꝛ via
maloꝝ. Semita impioꝝ ẽ fraus occulta vel adinuẽtio flagi/
tioꝝ: via maloꝝ ẽ aptũ malũ: vel ipſe mundꝰ in q̃ mali ambu/
lant pedibꝰ amoꝛis. Sꝫ boni ab eo fugiũt: Uñ ſeqt̃: g Fu
ge ab ea / ꝯtẽnẽdo / ꝑſeqñdo malũ. h Nec trãſeas ꝑ il/
lam / maloꝝ vel mũdanoꝝ moꝛẽ gerẽdo: Sic multi faciunt:
q̃ nõ foꝛnicãt̃ nec occidũt / ꝛ hmõi mag̃ pctã nõ ꝑpetrãt ope:
ſꝫ cũ malis ſt̃ ꝛ de hmõi loquũt̃ vt ipſi. Eccꝉ. xxj.a. Quaſi a
facie colubꝛi fuge pctm̃. Ul' / Fuge ab ea / ope: et nõ trãſ/
eas ꝑ illã / cogitatiõis delectatiõe. i Declina: licet ſe
nõ offerat. k Et deſere eã: ſi illa ſe offerat. Uel / Decli/
na / occaſiões: et deſere / locũ. Geñ. xix.d. Salua aĩam tuã /
et noli reſpicere poſt tergũ tuũ: nec ſtes in oĩ loco circa regio
nẽ. Quare aũt deſerẽda ſit via maloꝛũ / ſubdit: l Nõ eni
doꝛmiunt niſi malefecerint manifeſte quod delectat.
m Et rapit̃.i. aufert̃: n Somnus ab eis niſi ſup/

plantauerint: id eſt occulte deceperint. Uel ſic / Et non
rapitur ſomnus ab eis: id eſt non capitur / niſi ſupplã
tauerint: adeo ſolliciti ſunt ad malum. q.d. non poſſunt q̃/
eſcere donec aliquem decipiant malo exẽplo vel dolo. Sup/
plantare eñ ꝓꝑꝛie eſt aliq̃d ſub planta ponere vt ruat aliq̃s.

o uerint. Comedunt panem
p impietatis: et vinum iniqui/
q tatis bibunt. Iuſtoꝛum au/
r tem ſemita quaſi lux ſplen/
s t dens: pꝛocedit et creſcit vſqꝫ
v x ad ꝑfectã diẽ. Uiã †impioꝛũ
y tenebꝛoſa: neſciũt vbi coꝛru
z a ant. Fili mi auſculta ſermõ/
b nes meos: et ad eloquia mea
c d iclina aurẽ tuã. Ne recedãt

Uel ſupplantare eſt ꝓ
fectũ alteriꝰ impedire.
Mali eñ cũ ñ poſſũt
alios ad malũ trahere
machinant̃ pꝛofectũ De pe. diſ. 2. c. nõ reuertebãt
eoꝛum impedire. Hie
re. ix.b. Omis frater
ſupplantans ſupplan/ Al. †autem
tabit: et omnis ami/
cus frauduleter ince/
det. o Comedũt
panem impietatꝭ.
Lege intrãſitiue: id ẽ
impietate delectantur
et paſcuntur quaſi pa
ne. Suꝑ. ij.c. Letant̃ cum malefecerint. Uel ad litteraꝫ: co/
medunt panem impietatis: id eſt inique acquiſitum: ſi/ Quadruplex panis
cut vſurariꝰ / fur / raptoꝛ. Et hic ꝓꝑꝛie dicitur panis doloꝛis.
Michee. iij.a. Comederũt carnem populi mei ꝛ pellem eo/
rum deſuper excoꝛiauert. Alius eſt panis mendacij: quẽ co/
medunt adulatoꝛes / et qui in mendacijs delectantur. j. xx.c.
Suauis ẽ homini panis mendacij: ꝛ poſtea implebit̃ os eiꝰ
calculo. Alius eſt panis voluptatis: quẽ comedunt luxurio/
ſi. Eccꝉ. xxiij.c. Homini foꝛnicario omnis panis eſt dulcis.
Alius eſt panis cupiditatis: quem comedunt auari. Ezech.
iiij.d. Ecce dedi tibi fimũ boum ꝓ ſtercoꝛibus humanis: et
facies panem tuũ in eo. p Et vinũ iniquitatꝭ bibũt:
id eſt ita delectant̃ in iniquitate ſicut in vino. Uinũ etiaꝫ ini/
quitatis dicitur carnalis voluptas. Eph. v.d. Nolite inebꝛia
ri vino ĩ quo ẽ luxuria: Qꝛ vinũ fac̃ furere. Oſee. vij.b. Ce
perunt pꝛincipes furere a vino. Uel panis impietatis ꝛ vinũ
iniquitatis intelligit̃ panis euchariſtie / ꝛ calix dñi: qui indig/
ne ſumentibꝰ vertitur in ꝯdemnationẽ ſicut iniq̃tas. j. Coꝛꝭ.
xj.f. Quicunqꝫ manducauerit panem ꝛ biberit calicem dñi
indigne: reus erit coꝛpoꝛis ꝛ ſanguis dñi. Malach. j.b. Of/
fertis ſuper altare meum pollutum panem. Uel poteſt intelli
gi de pane ſcripture: q̃ mltis vertit̃ in impietatẽ abutentibꝰ
ea. q Iuſtoꝛũ autem ſemita: id eſt ſanctoꝝ vita: que
dicitur ſemita / pꝛopter tria.ſ. mundiciam / bꝛeuitatem / rec/
titudinem. r Quaſi lux ſplendens / illuminãs alios ꝑ
bonũ exemplum. s Pꝛocedit / ꝓficiendo alijs. t Et
creſcit / in ſe: v Uſqꝫ ad perfectam diem: id eſt diem
eternitatis: cui nulla nox ſuccedit / et ideo ꝑfecta. De q̃ Pſ.
Melioꝛ eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Semita igit̃ Pſ. 83.
iuſtoꝛum a nocte peccati incipit: et per luceꝫ gratie tenditur:
et in die gloꝛie terminat̃. Unde Cantꝭ. vj.c. Que eſt iſta q̃
ꝓgreditur quaſi auroꝛa conſurgens. x Uia impioꝝ te/
nebꝛoſa / eſt / tenebꝛis peccatoꝝ. Ioh. iij.c. Qui male agit
odit lucẽ. Et y Neſciunt vbi coꝛruant: quia cadunt
retro cum heli. j. Regꝭ. iiij.d. Et crucifixoꝛibus dñi: Ioh.
xviij.a. Et non vident: quia malicia excecati ſunt. j. Ioh. ij.
b. Qui diligit fratrem ſuũ: in lumine manet: ꝛ ſcandalum in
eo non eſt: qui autem odit fratrem ſuũ: in tenebꝛis eſt ꝛ in te/
nebꝛis ambulat: et neſcit quo eat: quia tenebꝛe excecauerunt
oculos eius. z Fili mi auſculta. Tertia pars capituli
vbi monet habere rectam intentionẽ in boniſ operibus: quia
qualis eſt intentio / tale eſt opus: ſm ꝙ dicit Amb. affectus
tuus operi tuo nomen imponit. Fili mi auſculta: id eſt re
uerenter et attente audi: a Sermones meos / qui ſunt
recti / et inde non fabuloſi vel ocioſi. Hoc eſt ꝯtra quoſdam q̃
ſermones dei quaſi fabulas audiũt vel loquunt̃. Pſ. Nar/ Pſ. 118.
rauerũt mihi iniq̃ fabulatiões / ſed nõ vt lex tua. b Et ad
eloq̃a mea inclina: id eſt humilia obediendo: c Aurẽ
tuam / interioꝛẽ. d Ne recedant ab oculis tuis / in/
terioꝛibus: intellectu.ſ. et affectu: quos debent illuminare: ſm
ꝙ dicit Pſ. Declaratio

Pſ.118. ꝙ dicit Pſ. Declaratio ſermonū tuorū illuminat et intellectū dat paruulis. Idē legit̃ Deut. vj.b. Legabis ea q̄ſi ſignū in manu tua: eruntq̄ ⁊ nō mouebūt̃ int̃ oclos tuos. a Cuſtodi ea. ſ. eloquia. b In medio cordis tui / non in angulo. i. cuſtodi ea nō tm̄ in memoria ſed etiam in affectu. Deut. xj. c. Ponite verba mea in cordibus ⁊ in animis veſtrꝭ / ⁊ ſuſpēdite ea pro ſigno in manibus ⁊ inter oculos v̄roſ collocate. Et

a ab oculis tuis: cūſtodi ea in
b mēdio cordis tui. Vitā enī
c d sunt inuēnientibꝰ ea: ēt vni/
e uerſe †carnis ſanitas. Omi
f g cūſtodia ſerua cor tuū: qūia
h ex ipo vita procedit. Rēmo

ue a te os prauum: et detra/
hentia labia ſint ꝓcul a te.
i k Oculi tui rēcta videant: et
l m pālpebre tue precēdāt greſ/
n ſus tuoſ. Dirigē †ſemitaſ pe
o dibꝰ tuis: ēt oēſ vie tue ſtabi/

B

Al. †carni q̄re: c Vita enim ſūt. i. cauſa vite ſpūalis. Joh. vj. g. Verba que ego loquor vobis / ſpūs ⁊ vita ſunt. i. vita ſpūalis. Sed quibꝰ: d Inuenientibꝰ ea. i. implentibꝰ ea ⁊ intelligentibꝰ. e Et ſunt vniuerſe carnis ſanitas / cauſalit̃. i. oim̄ hoim̄. Al' vita ſūt eloq̄a dn̄i / quo ad opa fortiora: ſanitas ꝓo q̊ ad īfirmiora. Et quia in corde eſt ſedes aie / que viuificat: ſm̄ Augꝰ. iō monet ſalomon cor cuſtodiri: vel qꝛ in medio cordis iuſſerat poni eloquia ſua: iō monet illud cuſtodiri q̄ſi arcam theſauri ꝓcioſiſſimi / dicēs: f Omi cuſtodia ſerua cor tuū: id

De cuſtodia cordis — eſt triplici cuſtodia. ſ. mēbroꝝ cohibitiōe: qꝛ mors intrauit ꝑ feneſtras: Hiere. ix. f. malarū cogitationū repreſſione: ⁊ bonoꝝ impletiōe: qꝛ domū vacantē licet mūdatā ingrediunt̃ et inhabitāt ſpūs neq̄ores: Mat. xij. d. Btūs Bern̄. Vulgo dicit̃: Bonū caſtrū cuſtodit / q̊ ſuū corpꝰ cuſtodit: nos aūt nō ſic: ſed vile ſterq̄liniū cuſtodit q̊ corpꝰ ſuū cuſtodit: qm̄ q̊ ſeminat in carne: de carne metet corruptionē: Gal. vj. b. Sꝫ q̊ cor ſuū cuſtodit: ille bonū caſtrū cuſtodit: qꝛ q̊ ſemīat in ſpū / de ſpū metet vitā ęt̃nā. Sed hoc caſtꝝ eſt ī medio inimicoꝝ: id ē in carne ſitū / vndiq̄ impugnat̃. Baruch. iij. b. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicoꝝ es: Vndiq̄ ḡ cuſtodiendū eſt illud caſtrū: qꝛ vndiq̄ impugnat̃. Inferiꝰ impugnat ↄcupiſcentia carnis. Gal. v. c. Caro ↄcupiſcit aduerſus ſpm̄. Cōtra hunc hoſtē opponēdꝰ ē rigor diſcipline: Nā q̊ molli ſenſualitatꝭ cuſtodie cor ſuū cuſtodiēdū cōmiſerit / ītroducit inimicos ī domū eiꝰ q̊ eū occident: ſicut legitur. ij. Regꝭ. iiij. b. ꝙ iſboſeth dormiente / oſtiaria purgās triticum intrare ꝑmiſit rechab et banaa q̊ eū dormiētē occiderūt. Supiꝰ īminet timor iudicij: qd̊ mirabilit̃ ↄcutit aīam. Vn̄ apl's Heb. x. f. Horrēdū ē incidere ī manꝰ dei viuētꝭ. Cōtra hūc hoſtē opponēdū ē iudiciū ↄfeſſiōis: qꝛ ſi noſmetipos diiudicauerimꝰ / nō vtiq̄ iudicaremur. j. Corꝭ. xj. g. Retro inſequit̃ mortifera delectatio ex recordatiōe ꝑteritoꝝ pctōꝝ: qꝛ ↄſciētia miſera q̄ſi poſt deuorationē filij ſui / comedit ſecūdinaſ: ſm̄ ꝙ dr̄ Deut. xxviij. f. Tenera mulier ⁊ delicata inuidebit viro ſuo q̊ cubat in ſinu eius ſuꝑ filij ⁊ filie carnibꝰ ⁊ illuuie ſecūdinarū q̄ egrediunt̃ d̊ medio feminū eius ⁊c̃. Carnē filij comedit mat̃: cū q̊s in carnali ope delectat̃. Secūdinarū illuuiē clam deuorat: q̊ de memoria pctōꝝ delectādo in occulto ſe ſatiat. Cōtra hāc impugnatiōnē opponēda eſt aſſiduitas lectiōis: q̄ ad aliō mētē trahat ſcꝫ ad amaritudinē pene inferni: Iuxta qd̊ legit̃ Apocꝭ. x. d. vbi dicit angelus iohāni: Accipe libꝝ ⁊ deuora illū ⁊ faciet amaricari ventrē tuū. Itē Hieroꝰ. Ama ſciētiā ſcꝑturarū et carnis vitia nō amabis. Ante impugnat importunitas temptationū. Cōtra hāc opponēda ē inſtātia ſancte orōnis. Vn̄ Exo. xvij. c. legit̃ / ꝙ moyſes orādo deuicit amalech. i. diabolū. A ſiniſtris vrget arrogātiū ⁊ inſolentiū fratrū inq̄etudo: Cui opponēda ſt̃ duo. ſ. patiētia ⁊ cōpaſſio: q̄ ſt̃ duo brachia charitatꝭ. j. Corꝭ. xiij. b. Charitas patiēs ē / benigna ē. Hoc ē qd̊ dr̄ Roma. xij. d. Noli vinci a malo: ſꝫ vince ī bono malū. A dextris ꝓuocat obediētiū fratrum feruor ⁊ deuotio: Et hꝫ duobꝰ modis fit: aut bonis actibꝰ eoꝝ inuidēdo: aut ſingularem eoꝝ gr̃am indiſcrete imitādo. De ꝑ dicit̃ Gen̄. xxvij. g. Oderat ſꝑ eſau iacob ꝓ bn̄dictiōe q̄ bn̄dixerat ei pater. Itē Gen̄. xxxvij. a. Vidētes frēs ioſeph ꝙ a p̄re cūctꝭ fribꝰ plus amaret̃ / oderāt eū: nec poterāt ei q̄cq̄ pacifice loq̄. De ſcd̊o legit̃. j. Machab. v. g. ꝙ ioſephꝰ ⁊ açarias volentes imitari

virtutes machabeoꝝ et ſibi facere nomē / a gorgia ſupati ſūt. Sic multi / maxie in clauſtris volētes īdiſcrete imitari ſingularē gr̃aꝫ alicuiꝰ q̄nq̄ deficiūt ⁊ poſtea ſuperant̃. Cōtra hāc īpugnationē opponēda ſt̃ duo. ſ. ↄgratulatio ⁊ diſcretio. Cōgratulatio / ne īuideaſ. Diſcretio ne imitari deſidereſ qd̊ nō vales. Forti ḡ cuſtodia ⁊ diligēti cuſtodiēdū ē hꝫ clauſtꝝ / qd̊ tot īſultibꝰ impugnat̃. Omi / igitur / cuſtodia. i. ꝑfecta: ſerua cor tuū / a triplici hoſte. ſ. mūdo carne / diabolo. Primus ſuggerit vanitatem: ſecūdus voluptatē: tertius iniq̄tatē. Cōtra ꝑmū oppone amorē pauꝑtatis. Cōtra ſecūdū / candorē caſtitatꝭ. Cōtra tertiū / feruorē charitatis vel hūilitatꝭ. Et q̄re: g Quia ex ipſo vita ꝓcedit / ſupple ⁊ mors: qꝛ ad examen cordis. i. intentiōis / modus eſtimat̃ vite: vt dic̃ Glo. Et vt poſſis cuſtodire cor: h Remoue a te os prauū: ⁊ labia detrahētia ſint ꝓcul a te / duobꝰ modis: vt nec prauū q̊d loq̄ris: nec alijs detrahas: et ſubditos huic vitio ne te corrūpant fugias. Eccꝭ. xxviij. d. Sepi aures tuas ſpinis / ⁊ linguā nequā noli audire / ⁊ ori tuo facito oſtia ⁊ ſeras auribus tuis. ſ. xxiiij. c. Cum detractoribus ne cōmiſcearis: qm̄ repente veniet ꝑditio eoꝝ. Vn̄ btūs Bern̄. Detractio triplex ē gladius: quia vno ictu tres occidit: detrahentē / audientē / et illū cui detrahit̃ cū ad eū ꝑuenerit. Quia vero nō ſolum ꝑ os euolat cor / q̄ſi auis de ꝑforata cauea: ſꝫ etiā ꝑ oculos: Iō ſb̄dit: i Oculi tui / interiores ⁊ exteriores: k Recta videāt. i. ęt̃na: nō terrā vt porci: De q̊bꝰ Pſ. Oculos ſuos ſtatuerūt declinare in t̃rā. Gregꝰ. Non licet intueri / qd̊ nō licet concupiſci. Vnde Job. xxxj. a. Pepigi fedus cū oculis meis ⁊c̃. Non ſic dauid / qui ſtulte vidit berſabee ſe lauantē ⁊ male cōcupiuit. ij. Regꝭ. xj. a. Non ſic eua / que vidit lignū qd̊ eſſet pulchꝝ viſu ⁊ ad veſcendum ſuaue: tulit et comedit / Gen̄. iij. b. Non ſic inuidi ⁊ cupidi: qui tm̄ mala vident. Eccꝭ. xiiij. b. Nequā eſt oculus inuidi et auertens faciē ſuā ⁊ deſpiciens animā ſuam. Inſatiabilis eſt oculus cupidi in partē iniq̄tatis: non ſatiabit̃ donec cōſumet iniuſticiam areſaciens animā ſuam: Oculus malus ad mala. l Et palpebre tue: id eſt diſcretio vel ꝑuiſio vel conſilia ſapientuꝫ: m Precedant greſſus tuoſ: id eſt opera tua. Eccꝭ. xxxij. d. Sine ↄſilio nihil facias: ⁊ poſt factū nō penitebis. Hoc eſt contra quoſdam / qui cum ꝓpoſitū ⁊ voluntatem ſuam firmauerint / querūt conſiliū alioꝝ: cum ecōuerſo deberēt facere. n Dirige ſemitas pedibꝰ tuiſ: ad lr̃aꝫ ne erres. Vel / Pedibus: id eſt affectibus / ne erres in fide vel in moribꝰ. Et recte: qm̄ ratio oculꝰ mētis ītelligit̃: non incōuenient̃ vis concupiſcibilis ⁊ iraſcibilis / pedes anime intelligunt̃: quibus dirigende ſunt a ratione ſemite virtutum. Et bn̄ dicit: Dirige ſemitas / nō vias: quia electi filij quos alloquit̃ ſalomon: non ſūt ↄtenti publica via preceptoꝝ: ſed per ardua conſilioꝝ conſcendūt ad celum. o Et omnes vie tue ſtabilient̃ in deo / per fidem. ſ. et opera: ne leuitate mentis a ꝓpoſito bono mouearis. Vnde. j. Corꝭ. xv. g. Stabiles eſtote ⁊ imobiles: abundantes in ope dn̄i ſꝑ. Vie clauſtraliū ſtabilite ſūt: qꝛ ſunt in ſpūalibꝰ ⁊ eternis que oīno īmobilia ſunt. Sed vie ſeculariū inſtabiles ſunt: qꝛ ſunt in temꝑalibus / que inſtabilia ſūt ⁊ caduca. Eccꝭ. xiiij. c. Omne opus corruptibile in fine deficiet: et q̊ illud opat̃ ibit cum illo: et oē opꝰ electū iuſtificabit̃: et q̊ illō opat̃ honorabit̃ in illo. Et nota ꝙ cū dixiſſet: Dirige ſemitaſ pedibꝰ tuis: mutās nomē ſemite ī viā / ſubiūxit: Et oēs vie tue ſtabilientur. Vn̄ hꝫ / niſi qꝛ ꝓficiētibꝰ ipa arduitas ↄſilioꝝ dilatat̃ ⁊ planat̃ ꝑ amorē: vt iā nō grauent plus cōſilia q̄ꝫ precepta: Matth. xj. d. Diſcite a me qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde: et inuenietis req̄em aīabꝰ v̄ris: Iugū enī meū ſuaue ē: ⁊ onus meum leue: qꝛ portantē ad alta ſubleuat. Dirige / inq̄ ſemitas pedibꝰ tuiſ / ita vt nō declines. Vel ſic. Ita ſtabilient̃ vie tue. Ne declines

Al. †ſemitā

Pſ.16.

vie tue: a ¶Ne declines ad dexteram/ de tua iuſticia pſumendo. Roma. x. a. Ignorantes dei iuſticiā ⁊ ſuam ſtatuere querētes/ iuſticie dei nō ſūt ſubiecti. Uel ī tua ſapiētia nimiū confidendo. Sup. iij. a. Ne innitaris prudentie tue. Uel nimis rigide alios corrigēdo. Eccs. vij. c. Noli eſſe iuſtus multum. i. nimis.

a lient. Ne declines ad dexteram nec ad ſiniſtrā. Auerte pedem tuū a malo: Uias enī que a dextris ſunt/ nouit dñs: peruerſe vo ſt q̄ a ſiniſtris ſūt. Ipe aūt rectos faciet †greſſus tuos: itinera aūt tua ī pace pducent. ¶Ca. V

Fili mi attēde ſapiētiā meam: et prudētie mee inclinā aurem tuam/ vt cuſtodias cogitationes: et diſciplinā labia tua conſeruent. Ne intenderis fallacie mulieris: Fauus enim †diſtillans labia meretricis: et nitidius oleo guttur eius: Nouiſſima autem illius amara quaſi abſinthium: et acuta q̄ſi gladius bi-

Uel ī pſperis ſupbiēdo. j. Timoth. vj. d. Diuitib⁹ huius ſeculi p̄cipe nō ſublime ſapere. Uel nimis de dei miſcōia pſumendo. Eodē modo b Nec ad ſiniſtrā/ declines per ꝯtraria. Unde Nume. xx. c. (Al. †curſus) A dicit: Gradiemur via publica/ nec ad dexteram nec ad ſiniſtram declinātes/ donec trāſeam⁹ terminos tuos. Et vt fiat hoc: c ¶Auerte pedē tuum/ ad litterā/ vel affectū: d ¶A malo. i. a pctō vel a mūdo: qui totus poſit⁹ eſt ī maligno. j. Joh. vlt. d. Hoc eſt/ ita auerte affectū animi ne a recto deuies. Glo. Quia virtutes diſcretiōes querūt/ q̄rū nimietas oīs in vitio eſt. Quia vero dixerat nō eſſe declinandū ad dexterā nec ad ſiniſtrā: poſſet aliq̄s credere q̄ vtraq̄ via mala eſſet/ et que a dextris ē/ ⁊ que a ſiniſtris: ⁊ hoc nō eſt verū. Quare: e ¶Uias enī que a dextrꝭ ſūt. i. que ducūt ad dexterā/ vbi erūt agni: Matth. xxv. c. f ¶Nouit dñs. i. approbauit: qꝛ p eas īceſſit ⁊ ſedet ad dexterā dei pr̄is: ⁊ nos oportet p eaſdē incedere ſi volum⁹ cū eo ſedere. g ¶Peruerſe vo ſūt q̄ a ſiniſtris ſūt: id ē q̄ ducūt ad ſiniſtrā/ vbi erūt hedi: quib⁹ dicet: Ite maledicti ⁊c̄. Matth. xxv. d. Ideo declinande. Breuit igit vie a dextris ſūt: hūilitas/ pauptas/ vilitas/ et cetere tribulatiōes Actꝭ. xiiij. d. Per multas tribulatiōes ⁊c̄. Uie a ſiniſtris ſū. honores ſcli/ delitie carnis/ diuitie mūdi/ ⁊ hmōi bona tpis. Job. xxj. b. Ducūt ī bonis dies ſuos ⁊ in puncto ad infernū deſcēdūt. Idō aūt auerte a malo pedē tuū/ vt eas p vias que ſūt a dextris/ qꝛ dñs iuuabit te ⁊ ꝓteget. Et h eſt: h ¶Ipſe aūt. ſ. dñs: i ¶Rectos faciet/ ad ſe: greſſ⁹ tuos/ vl' curſus tuos/ alia lr̄a. i. mētis affect⁹. k ¶Itinera aūt tua. i. opa vel itētiōes: l ¶In pace ꝓducet. i. t̄minabūt. Glo. Si auerterꝭ a malo pedē tuū: ſi bona q̄ docui dño adiuuāte facere ſtuduerꝭ: aderit ipe ſpiri⁹ conatib⁹ tuis: vt et nūc recte igredi: et tūc ad pacē valeas puenire etnā. ¶Expo. Ca. V

Fili mi ⁊c̄. In h capitulo ſm lr̄as agit ſalomon pn̄cipalit ꝯtra vitiū carnis. Myſtice aūt ꝯtra doctrinā erroris: que ē ſpūalis meretrix. Moralit autē docet fugere carnales voluptates ⁊ etiā quedā vitia. Diuidit autē hoc capitulū in duas ptes. In pma docet vitare fornicationē. In ſecūda ſuare ꝯiugiū: ibi: Bibe aquā. Dicit ḡ: m ¶Fili mi/ per imitationē/ vt ad pacē p̄dictā valeas puenire: n ¶Attende ſapiam/ qua deguſtata deſipit omnis caro. Attēde reuerent/ quaſi ſanctā: ⁊ ſollicite/ q̄ſi ꝓfundā. Job. xxviij. c. Sapia trahit de occultis. Job. iiij. b. Puteus alt⁹ eſt. o ¶Meā/ non mūdi: qꝛ illa inimica ē deo: Jaco. iiij. a. p ¶Et prudētie/ qua cauent fraudes/ q ¶Mee/ nō carnis: quia illa mors eſt: Roma. viij. b. r ¶Inclina aurē tuā/ interiorem. s ¶Ut cuſtodias cogitatiōes/ bonas: que ſūt ſic radij ſolis illuminātes mentē: et ſicut fundamēta toti⁹ celeſtis edificij: ⁊ ſicut ſemina bonoꝝ operū: ⁊ radices ſctārū affectionū. Ecōtrario male cogitatiōes ſūt radices peſtifere: et quaſi oua diaboli/ que fouet in nidulo cordis nr̄i. Un̄ Eſa. lix. a. Oua aſpidū ruperunt: ⁊ qd̄ confotū eſt erupit in regulū. i. in ꝯſenſum vel in opus malū. Unde ſequit: Opera eorū inutilia ⁊ opus iniq̄tatis in manib⁹ eoꝝ. (De reformatiōe lingue) t ¶Et diſciplinam labia tua ꝯſeruent: vt ſermo tuus ſit ſale diſcretionis conditus. Col. iiij. a. Sermo veſter ſemper ſit in gr̄a ſale cōdit⁹. Ut ſit vtilis. Eccꝭ. xxij. d. Quis dabit ori meo cuſtodiam et ſup labia mea ſignaculū certū: vt non cadā in ipſis/ ⁊ lingua mea pdat me. Itē vt ſit ſmo honeſt⁹/ vt decet ſctōs. Eph. v. a. Fornicatio autē et oīs imūdicia aut auaricia non noīet in vob/ ſicut decet ſanctos: aut turpitudo aut ſtultiloquium: aut ſcurrilitas/ que ad rem nō ptinet. Hiero⁹. Illi ſpurca loquant q̄ poſſunt ſpurca cōmittere. Itē vt ſit tēpat⁹/ ita vt nō ſit nimius. j. x. c. In multiloquio non deerit pctm̄: q aūt moderat labia ſua prudētiſſim⁹ eſt. Itē vt ſit (Al. †ſtillās) dulcis. j. xvj. c. Qui dulcꝭ eſt eloquio/ maiora reperiet. Itē vt ſit oportun⁹: vt. ſ. loco ⁊ tempe ſuo dicat: quia eſt tempus tacēdi ⁊ tps loq̄ndi: Eccs iij. b. Et. j. xv. c. Sermo oportunus optim⁹ eſt: h eſt lingue circūciſio. Et q ſic circūciſus ē in lingua/ pfect⁹ ē. Jaco. iij. a. Si q̄s in vbo nō offendit: hic perfect⁹ eſt vir. Et. j. b. Omis natura beſtiarū ⁊ volucꝝ ⁊ ſerpentū ⁊ ceteroꝝ domāt: ⁊ domita ſunt a natura humana: linguā aūt nullus hoīm domare poteſt: Eſt enī inquietū malū/ plena veneno mortifero. Unde quidam ſanct⁹ legit oraſſe: Dñe libera me a lingua mea. v ¶Ne intenderis fallacie mulierꝭ. i. mulieri fallaci: vt ſit ibi Endiadis. Ul' fallaciā mulieris dicit ſpeciē mulieris: q̄ mltos decipit et fallit. j. vlt. d. Fallax gr̄a ⁊ vana ē pulchritudo. Uel fallacia mulieris eſt ornat⁹ ei⁹ exterior: q ſe ornat vt alios fallat. j. vij. c. Intexui lectulū meū funib⁹: ſtraui tapetib⁹ meis ex egypto ⁊c̄. Ad litterā ergo exponit d mala muliere. (De mala muliere) De qua dicit Eccs. vij. d. Inueni amariorē morte mulierē. Per hanc multi decepti ſunt. Dauid fortis. ij. Regꝭ. xj. a. Salomon. iij. Regꝭ. xj. a. Sanſon: Judicꝭ. xvj. e. Cum hos cecidiſſe recolimus: timere debet vnuſquiſq̄ pro ſe: quia nec dauid ſanctior/ nec ſalomone ſapientior/ nec ſanſone fortior aliquis inuenitur. Unde Aug⁹. Nimis effrenis eſt/ qui illuc ire contendit vbi conſpicit alios cecidiſſe. De hac muliere: ⁊ bona ſimilit ſatis inuenies. j. vij. d. Eccs. vij. Eccꝭ. ix. et. xxv. et. xxvj. et. xxxvj. et. xlij. Proſequitur autem ſalomon fallacias mulieris: que ſunt ſeptē. Fallax eſt/ garrula/ curioſa/ inconſtans/ adulatrix/ amara/ ptinax. Dicit ergo: Ne intenderis fallacie mulierꝭ/ reſpiciēdo vel audiēdo. x ¶Fauus enī diſtillās labia meretricis. Fauus ꝓpter verboꝝ dulcedinē: diſtillans ꝓpter affluentiam. q. d. labia: id eſt verba meretricꝭ/ dulcia ſūt ⁊ affluētia. y ¶Et nitidi⁹ oleo guttur ei⁹: ad litterā vnguētꝭ meretricijs compoſitū ⁊ preparatū. Ad litterā/ hec duo potiſſimū querit meretrix ad capiendos miſeros ⁊ incautos iuuenes. ſ. ſermonis ſuauitatem et corporis formoſitatē. Uno capit miſerū hominē per oculos: altero p aures. Hi enī duo ſenſus/ ſūt feneſtre anime: p quas ſepe mors intrat ad ipſam: Hiere. ix. f. z ¶Nouiſſima autem illius amara quaſi abſinthiū/ qd ī viſceribus ab aliquo ſumptū amareſcit: ſic luxuria amareſcere fac ꝯſcientiā fornicātis: ſed in futuro magis amareſcere faciet in gehēna. a ¶Et acuta quaſi gladius biceps: quia cor ꝯ necat ⁊ animā.

(Myſtice) v ¶Ne itēderis ⁊c̄. Myſtice/ mulier ſiue meretrix fallax/ eſt hereſis ſeu heretic⁹. x ¶Fauus diſtillās labia ei⁹. i. vba ei⁹ ſūt ſuauia. y ¶Et nitidi⁹ oleo gutt ei⁹. i. eloquentia ei⁹ cōpoſitior eſt doctrina ſpūſſcti: q̄ q̄ſi oleo fides catholica ꝯſecratur. z ¶Nouiſſima aūt illius amara ⁊c̄. id eſt ī nouiſſima vltione/ interi⁹ amaritudo ꝯſcientie remordentis: et exterius ignis.

(Moraliter) v ¶Ne intenderis fallacie ⁊c̄. Moralit/ meretrix eſt mūdus: qꝛ arridet ad modū meretricꝭ in flore diuitiaꝝ: ſ iſte riſus error ē. Eccs. ij. a. Riſum reputaui errorē ⁊ gaudio dixi: quid fruſtra decipis: Itē blanditur ꝓmiſſione: oſculatur * dignitatis collatione.

G necat et aīas. a Pedes ei⁹: id ē pedū cōpoſitio: b De
ſcendūt in morte: id eſt deſcēdere faciūt ipſā τ adulterū.
d Et ad inferos greſſus illi⁹ penetrāt/ cauſalit. Uel
pedes ſūt volūtates: et greſſus opa: q̄r τ volūtate τ ope pec/
cat mortalit/ et peccare fac. Eccī.xxv.b. Breuis ois malicia
ſup malicia mulieris.
Unde q̄dā pħus fert
alij pħo rn̄diſſe: q̄ vis
B me duc dūmodo n̄ ſit
ibi mulier. f Per ſe
mitā vite non am
bulant: id ē q̄ ducit
ad vitā ēternā. q.d. nō
facit bona. h Uagi
ſūt greſſus ei⁹ τ in
ueſtigabiles: quia
modo h/ modo ibi. ī.
vij.b. Uaga/ q̄etl̄ im/
patiēs: nec valēs ꝯſi/
ſtere in domo pedib⁹
ſuis: nūc foris: nūc in plateis: nūc iuxͣ angulos inſidiās.

a b ceps. Pedes ei⁹ deſcendūt
c d in morte: τ ad iferos greſſus
e illi⁹ penetrāt. Per ſemitā vi
f g h te nō ambulāt: vagi ſt greſſ⁹
i k ei⁹ et iueſtigabiles. Nunc ḡ
l fili audi me: et ne recedas a
m vbis oris mei. Longe fac ab
n o ea viā tuā: et ne appropin/
p ques forib⁹ domus ei⁹. Ne
q r des alienis honorem tuū: et
s t annos tuos crudeli. Ne for/

Myſtice ✻ tis: et exteri⁹ ignis gehēne cruciabit ipſū hereticū/ τ illos
q̄ doctrine ei⁹ cōſentiūt. Per abſinthiū enī qd̄ in viſceribus
potatū amareſcit/ ſignificat amaritudo ꝯſciētie remordētis.
Per gladiū foris ſcindētē/ ſignificat pena exterior ignis in/
fernalis. He enī due pene erunt in inferno ppetue. Eſa. vlt.
g. Uermis eor̄ nō moriet τc. a Pedes ei⁹. i. volūtates:
b Deſcēdūt. i. deſcēdere faciunt: c In morte/ culpe τ
gehēne: d Et ad iferos greſſus illi⁹. i. opa. e Pe/
netrāt p ſemitā vite. i. p recta τ ſana dogmata ſacre ſcptu
re/ q̄ ducūt ad vitā. g Nō ambulāt/ heretici: τ q̄ ſequūt
eos. h Uagi ſūt greſſus ei⁹. i. affect⁹ p diuerſas hereſes
diſperſi: q̄r alij negāt chriſtū eē deū. ſ. carpocratiani. Alij ne/
gant eſſe hoiem. ſ. euticiani. Alij tres pſonas ꝯfundūt i vnā:
vt ſabelliani. Alij eſſētiā diuidūt i tres: vt arriani. Alij dicūt
chriſtū hre deitatē p aīa: vt apollinarij. Apollinaris enī pri/
mo dixit chriſtū/ αψυχην apſychen: h eſt ſine capite. i. ſine
aīa: poſtea cōuictus/ dixit eū ανουμ anoym. i. ſine mēte. i.
ſine rōne. Alij dicūt q chriſt⁹ ē due pſone: vt neſtoriani. Ob
hoc τ alias hmōi diuiſiōes/ dicit dn̄s p Hieremiā. xv.c. Ue
mihi mat mea: q̄re genuiſti me virū rixe/ virum diſcordie in
vniuerſa terra: i Et inueſtigabiles: q̄r ſine fūdamēto
rationis: vel q̄r vitij dedecus infinitū eſt.

Moraliter ✻ dignitatis collatiōe. Matth. xxvj.e. Quēcunq̄ oſculat⁹
fuero τc. Luc. xxij.e. Juda oſculo tradis filiū hoīs: Amplexa
tur parētū honore τ poſſeſſiōis amplitudie. Itē meretrix eſt
carnalis voluptas: q̄ i ſupficie delectationē/ ſed interi⁹ ama/
ritudinē habet. Un̄. ī. xxiij.d. Ne intuearis vinū cū flaueſcit
i vitro τc. Hec ē illa meretrix: q̄ dixit ioſeph: id ē cuilibet bo/
no: dormi mecū: Gen̄. xxxix.c. Hec eſt dalila: q̄ decepit ſan/
ſonē: Judic. xvj.e. k Nūc ḡ fili mi audi me/ ſuſcipiēdo
doctrinā meā: τ faciēdo qd̄ doceris. l Et ne recedas a
verbis oris mei/ qb⁹ erudio te/ ad lraz. Uel/ Oris mei. i.
legis τ euāgelij/ vel doctor̄. Hiere. xv.d. Si ſepauerl̄ pcioſū
a vili τc. Quia ſūt via et regula et lux τ vita: vn̄ q̄ ab eis rece/
dit errat i inuio/ tortuoſe incedit poſt ſerpentē tortuoſū: et in
tenebris ambulat et mortē icurrit. m Lōge fac ab ea. ſ.
muliere: n Uiā tuā: id eſt vitā vel ꝯuerſationē/ cauēdo ne
occurras ei vel alloq̄ris. o Et ne appropinq̄s forib⁹
dom⁹ ei⁹: id ē occaſionib⁹ vel circūſtātijs. Gen̄. xix.d. Ne
ſtes in oi loco circa regionē. Un̄ ioſeph relicto pallio fugit:
Gen̄. xxxix.e. Uel fores ſūt vetule mediatrices: a qb⁹ q̄ſi a
portis iferni ē fugiēdū. p Ne des alienis. i. demonib⁹:
q̄ ſupbiēdo alienauerūt ſe a deo: q Honorē tuū: id ē flo/
rē iuuētutis tue/ abutēdo ea in pctis: Sicut illi q̄ dicūt Sap.
ij.b. Fruamur bonis q̄ ſūt: vtamur creatura tanq̄ in iuuētu/
te celerit: τ nō ptereat nos flos temporis τc. Uel/ honorē/
diuine ſimilitudinis: quē dat demonib⁹/ cū peccando ꝙs eor̄
volūtatib⁹ ſe ſubijcit. Uel/ honorē/ dn̄atiōis: q̄ dat⁹ eſt hoī
a deo dicente: Dn̄amini piſcibus maris τ volatilibus celi et

vniuerſis animātib⁹ q̄ mouent ſup terrā: Gen̄. j.d. Hūc ho/
norē dāt hoies demonib⁹ vel vitijs quibus ſe ſubijciūt: luxu/
rioſi/ voluptati: auari/ vanitati: ſupbi iniq̄tati. Hic eſt triplex
funiculus diaboli/ q̄ difficile rumpit: Eccs. iiij.c. Habet etiā
quilibet honorē ſuū propriū: quē monet nō dare demonib⁹

te impleant extranei viribus
v x tuis: et labores tui ſint in dō
y mo aliena: et gemas i nouiſ/
z ſimis quādo ꝯſūpſeris car/
a nes tuas et corp⁹ tuū: et di/
b cas: Cur deteſtat⁹ ſū diſcipli
c d nā: et icrepatiōib⁹ nōn acq̄/
e euit cor meū: Nec audiui vo
f cez docētiū me: et mgr̄is nō
g inclinaui aurez meā. Pene
h fui in oi malo i medio ecclie

abutendo. Coniugati
habēt honorē ꝯiugij:
continētes honorē cō
tinentie: virgines ho/
norē virginitatl̄: pre/
lati honorē p̄latiōis:
ſubditi honorem obe
C diētie: abſtinētes ho/
norē abſtinētie: et ſic
de alijs. Hunc hono/
re vendidit eſau p ru/
fa lēticula: Gen̄. xxv.
d. Econuerſo naboth
maluit mori q̄ vende
re hereditatem patrū
ſuor̄. iij. Regl̄. xxj.a. Un̄ beat⁹ Bern̄. Memētote abbates/
memētote τ frēs: chriſt⁹ ne pderet obedientiā/ pdidit vitam.
Eſa. xlij.b. Gliaz meā alteri nō dabo. r Et annos tuos:
id eſt tpus tibi datū ad penitētiā: ne des: s Crudeli: id ē
diabolo demorādo i pctis. Crudelis dr̄ diabol⁹: quia nulli⁹
miſeret. Hiere. vj.f. Crudelis eſt et nō miſerebit. Itē. xvj.c.
Seruietis dijs alienis: q̄ nō dabūt vob requiē die ac nocte.
De his cōquerit dn̄s Job. xxiiij.d. Dedit ei locū penitētie:
et ipſe abutit eo i ſupbia. t Ne forte impleant extra/
nei virib⁹ tuis: id ē opib⁹ viriū aīe τ corpis. Oſee. vij.c.
Comedert alieni robur ei⁹ τ ipe neſciuit. Hiere. l.b. Exoſſa/
uit eū nabuchodonoſor rex babylonis. Demones aūt dicunt
extranei: q̄r extra gratiā dei ſūt/ τ alios eē faciūt. v Et la
bores tui: id eſt fructus laborū tuorū: x Sint in domo
aliena: quia q̄ male agūt laborāt. Hiere. ix.b. Ut iniq̄ age/
rent laborauerūt. Sap. v.b. Laſſati ſum⁹ in via iniq̄tatis et
pditiōis: τ ambulauim⁹ vias difficiles. Itē i domo aliena ſūt
labores illi⁹ qui eſt in mortali pctō/ et laborat. Itē ad litterā
in domo meretricis ſūt labores illi⁹/ q̄ ſua ibi luxurioſe expē/
dit: ſicut fili⁹ pdig⁹: Luc. xv.c. y Et gemas in nouiſſi/
mis/ in morte ſcilicet/ vel in iudicio: ſicut illi q̄ dicūt Sap. v.
a. intra ſe penitentiā agentes/ gementes p̄ anguſtia ſpiritus:
Quid nobis pfuit ſupbia/ aut diuitiarū iactantia q̄d cōtulit
nobis: z Qn̄ conſumpſeris carnes tuas et cor/
pus tuum/ in luxuria/ ad litteram: vel ſubſtantiam tempo/
ralem: quia ſepe accidit q illi qui luxurioſe expendunt ſua/ in
fine egent: vt filius prodigus qui cupiebat implere ventrem
de ſiliquis porcorū: Luc. xv.c. a Et dicas/ pre inopia:
b Cur deteſtatus ſum diſciplinam/ verborū dn̄i vel
verberū: quib⁹ caro q̄ſi diſciplina reſtringit a luxuria: c Et
increpationibus/ dn̄i: qui p ſcpturas τ p doctores incre/
pat luxurioſos: d Non acquieuit cor meum: Myſti Myſtice
ce de hereticis patet: qui nec veterum nec nouor̄ patrū dic/
tis et exemplis potuerūt ab errore reuocari. e Nec au/
diui vocem docentiū me/ vel monentium. f Et ma/
giſtris non inclinaui aurem meam/ interiorem/ acq̄e/
ſcendo conſilio eorum: id eſt non obediui eis. g Pene fui
in omni malo: id eſt fere omne genus peccati feci: h In
medio ecclie τ ſynagoge. Idē eſt eccl̄ia τ ſynagoga. ſ.
cōuentus populor̄: tn̄ eccl̄ia iterp̄tat ꝯuocatio: ſynagoga in/
terp̄tat cōgregatio. Utroq̄ noīe vocabat antiq̄⁹ ppl̄s dei:
modo p differētia/ ppl̄us iudeor̄ dicit ſynagoga: chriſtian⁹
ſo popul⁹ dr̄ eccl̄ia/ merito fidei τ ſciētie maioris dignitate:
Poſſūt enī tā rationabilia q̄ irrōnabilia cōggregari: ſed ſo/
lū rationabilia ꝯuocari. Utrūq̄ tn̄ aliquādo accipit in malo.
Ps. Exarſit ignis in ſynagoga eor̄. Itē/ Odiui eccleſiā ma/ Ps. 105.
lignantiū. Eſt igit ſenſus: Pene fui in oīi malo in me/ Ps. 25.
dio eccleſie τ ſynagoge. i. publice coram omnibus fere
oīe malū feci: qd̄ multū aggrauat peccatū. Unde de hoc re/
darguunt/ Eſa. v.b. Peccatū ſuū ſicut ſodoma p̄dicauerūt.

☞ a Bibe aquā ⁊c. Scḋa pars capituli: vbi ait ſalomon de caſtitate ꝯiugali ꝯſeruāda. Supra em̄ docuit fugere meretrices: ſꝫ qꝛ nō oēs poſſunt aut volūt cōtinere: ideo docet h̄ vti ꝓpria vxore: qꝛ meliꝰ ē nubere ꝙ vri. j. Cor. vij. b. Uel Myſtice. Sup̄ docuit cauēdū ab hereticoꝝ doctrina: nunc docet cuſtodię ſcripturarū ac lectionū attendēdū. Dic ḡ: Bibe aquā. q. d. ita docui te fili fugere fornicationē: ⁊ ſi nō potes aut nō vis penitꝰ ꝯtinere: qꝛ nemo ad h̄ cogēdꝰ eſt: bibe aquaꝫ de ciſterna tua. i. refrigera ardorem ꝯcupiſcētię tuę cuꝫ vxore propria. b Et fluēta putei tui bibe. i. ſitim libidinis in vxore tua extingue. j. Cor. vij. a. Bonū ē homi mulierē nō tāgere: ꝓpter fornicationē autē vnuſquiſꝗ vxorē ſuā habeat. Sed qꝛ m̄rimoniū nō ſolū cauſa vitādi fornicationē ſtatutū eſt: imo ꝓpter bonū prolis educādę ad cultū dei: ideo ſeqꝫ: c Deriuētur fontes tui foras. i. ꝓcreent̄ filij / ex quibus alij ſcaturiāt. d Et in plateis aq̄s tuas diuide: id ē i facie eccl̄ię filias tuas nuptui trade. Hic habuerūt auctoritatē q̄ ꝓhibuerūt clādeſtina m̄rimonia. e Habeto eas ſolus. i. in poteſtate tua retine: q̄ libet m̄rimonijs tuos liberos ſocies. q. d. dum filij et filię ſūt in poteſtate tua / ſocia eos m̄rimonijs ſm̄ ꝙ noueris: ne cū fuerit ſui iuris nubāt idigniſ te nolente. Sicut ſepe ꝯtingit illis q̄ nimis diu filios ⁊ filias tenēt innuptas. Hoc eſt qḋ dꝛ Eccl̄i. xlij. b. In ꝯſpectu oīm viroꝝ filia pr̄is abſcōdita eſt: id eſt eſſe debet: vigilia ⁊ ſollicitudo eiꝰ aufert ſomnū / ne forte i adoleſcētia ſua adultera efficiatur: ⁊ cū viro cōmorata / odibilis fiat: ne qñ polluat̄ in virginitate ſua et i paternis ſuis grauida iueniat̄. Et h̄ ē qḋ ſequit̄ hic: f Nec ſint alieni participes tui. i. filij geniti ex fornicatiōe / ne ſint heredes tui. Uel / Alieni. i. fornicatores vel meretrices: g Participes tui: id eſt ſobolis tuę. h Sit vena tua bn̄dicta. i. ꝓles tua ſit m̄rimonio bene copulata. i Et letare cū muliere adoleſcētię tuę. i. cū vxore quā duxiſti in adoleſcētia tua. q. d. ſi bonā vis habere ꝓlē / tantā habeas tēperantiā cū vxore tua quā adoleſcens duxiſti / vt etiā cū ſenuerit eaꝫ cuſtodias: vt ſic merito fidelis caſtimonię benedicarl̄ in ꝓle. Hoc eſt ꝯ illos qui corꝑalibus vxorībꝰ vel ſpūalibꝰ cū ſenuerit dant libellū repudij vt iuuenibus copulēt̄. k Cerua chariſſima. i. illa coniūx ſit tibi chariſſima: quę ſicut cerua ſerpētes: ita ꝑſeqꝫ ſcortatores. l Et gratiſſimꝰ hinulꝰ. i. filiꝰ ex ea natꝰ caſtitat̄ amatorꝫ ꝟtutū varietate diſtictꝰ / ad bona agil̄ / viſu fidei ꝑſpicax: ſit tibi ḡtiſſimꝰ. Gratꝰ / qꝛ filiꝰ: gratior / ſi caſtꝰ: gratiſſimꝰ / ſi fidelis. m Ubera eiꝰ inebriēt te oī tꝑe. i. i ea ſola ita delectare vt nō ḡras i alia delectari: ſicut ebriꝰ ſatiatꝰ vino / nō ḡrit aquaꝫ potare. n Et i amore eiꝰ delectare iugiter. i. ita / ꝙ nunꝗ̄ in alia. Nō eſt probabile ꝙ ſalomon doceat opi vxorio inſiſtere: ſed ne ꝓma vxore viuente / aliā ducat: vel ne meretrici adhęreat exhortat̄: ſicut dꝛ. j. Cor. vij. b. Precipio non ego ſed dn̄s / ☞

Moraliter a Bibe aquā de ciſterna tua ⁊c. Moralit̄ / ciſterna ē cor humanū pluuiā de cęlo recipiēs. i. gr̄aꝫ a deo. Iaco. j. c. Omne datū optimū ⁊c. Idē dꝛ puteus ꝓpter ꝓfunditatem. Hiere. xvij. b. Profūdū ē cor hoīs ⁊ inſcrutabile. In puteo ſcaturit aqua: in ciſterna deſurſū venit: et cor humanū quędā ſcit ꝑ iuentionē: quędā ꝑ doctrinā. Aquā ḡ de ciſterna ſua ⁊ fluēta putei ſui bibit: q̄ pōt dicere cuꝫ apoſtolo: Gloria nr̄a hęc ē: teſtimoniū cōſciētię nr̄ę. ij. Cor. j. c. Fons foras deriuat̄: cū gr̄a exit in opus / vel ſciētia in ſermonē. Uel / Ciſterna eſt ſacra ſcꝑtura: plena aq̄s oīm gr̄aꝝ vel ſpiritualiū ſententiarū. Eadē dꝛ puteus propt̄ ꝓfūditatē itelligētię. Ioh. iiij. b. Puteꝰ altꝰ ē. Hic ē puteꝰ viuētis ⁊ vidētl̄: Geñ. xxiiij. g. habens aquas ſaliētes in vitā ętnā: q̄s q̄ biberit / nō ſitiet vnꝗ̄. Ioh. iiij. b. Unde Cant. iiij. d. Fons hortorū / puteꝰ aq̄rū viuētiū: q̄ fluūt impetu de libano. Hmōi aq̄ ꝓmo bibēdę ſūt ⁊ poſtea deriuādę foras. Et h̄ ē qḋ dicit: a Bibe aquā

a ⁊ ſynagogę. Bibe aquā de
b ciſterna tua: ⁊ fluēta putei
c tui. Deriuēt̄ fōteſ tui foras:
d et in plateis aq̄s tuas diui-
e de. Habeto eas ſolꝰ: nec ſint
f g alieni ꝑticipēs tui. Sit vē-
h
i na tua bn̄dicta: et letare cuꝫ
k muliere adoleſcētię tuę. Cer-
l ua chariſſima et gratiſſimus
m hinnulus. Ubera eius ine-
n brient te omni tempore: et in
o amore eiꝰ delectare iugiter.

de ciſterna tua: id eſt aquā ſpūalis intelligētię te refice / vel ſacrā ſcripturā addiſce. Et poſtea: c Deriuētur fontes tui foras. Fōtes. ſ. ſacroꝝ eloq̄orum / docēdo ⁊ predicando alijs: vt prius ſis concha ꝙ canalis. De his fontibꝰ dꝛ Eſa. xij. b. Haurietis aq̄s i gaudio de fōtibꝰ ſaluatoris. Uſus aq̄ꝝ cōmunis eſt oībꝰ: vñ patet ꝙ iniurioſus ē q̄ aq̄s hmōi ſibi ſoli retinet. Iō ſeqꝫ: d In plateis aq̄s tuas diuide: qꝛ nō omia oībꝰ ſſt ꝑdicāda / ſꝫ cuiꝗ̄ prout expedit. Un de Act. iiij. g. Diuidebat̄ ſingulis prout cuiꝗ̄ opꝰ erat. Sic innocēs efficit̄ ꝑdicator nō plus ꝙ expediat miniſtrādo de cibo. Iob. xxvij. c. Innocēs argētū diuidat. Ul̄ / In plateis / illis. ſ. q̄ ſūt in lata via q̄ ducit ad mortē. i. pctōribꝰ. Matth. ix. b. Non veni vocare iuſtos ſed pctōres ad penitentiā. Eſa. xliiij. a. Effundā aq̄s ſup ſitientē ⁊ fluēta ſup aridā. Itē. lv. a. Oēs ſitiētes venite ad aq̄s. e Habeto eas ſolus / prꝰ in cōtēplatiōe: vt te prꝰ ędifices ⁊ poſtea alios. Uel / Habeto eas ſolꝰ: ſcilicet fauorē humanū ꝑdicādo / nō q̄rēdo. Uel / Solꝰ / a cōmunicatiōe indignoꝝ. Matth. vij. a. Nolite ſanctū dare canibꝰ ⁊c. Uel / ſolꝰ / a cōmunione hereticoꝝ diuiſus. Un̄ ſeqꝫ: f Nec ſint alieni participes tui: id ē demones vel heretici. Un̄ Glo. Immūdi ſpūs participes fiūt doctorl̄: ſi eiꝰ mentē vel elatiōe dū ꝑdicat vl̄ hereſi vl̄ q̄libet alio vitio corrumpūt. Solꝰ aūt aq̄s poſſidet / cū mēbris eccl̄ię fidelit̄ cōnexꝰ ab extraneis ſe ꝯſeruat. h Sit vena tua bn̄dicta. Uena dꝛ a veniēdo. Uena igit̄ ē os doctoris: ꝑ quā ad alios ſpūs vitalis venit. j. x. b. Uena vitę os iuſti. Hęc vena dꝫ eē bn̄dicta ꝓmo bn̄dictiōe fęcūditatis in ſe: poſtea dꝫ eſſe bn̄dicta bn̄dictiōe affluētię alijs effluendo: ſic horreum plenū qḋ effluit frumentū. j. xj. d. Qui abſcōdit frumētū / in tēpore famis: maledicet̄ in populis: bn̄dictio aūt ſup caput vendētiū. Itē vena ē bn̄dicta: q̄ aperte ꝑdicat. Eccl̄i. xxxj. c. Splēdidū in panibꝰ bn̄dicēt labia multoꝝ. Uel os iuſti debet eſſe vena bn̄dicta: vt nihil niſi bn̄dictionē loquat̄. Eph. iiij. g. Sermo malꝰ ex ore vr̄o nō ꝓcedat: ſed ſi q̄s bonꝰ eſt ad ędificationē. Sūt aūt venę maledictę: ꝑ q̄s ſcilicet veniet mors: ora. ſ. detractoꝝ / adulatoꝝ / hereticoꝝ. De q̄bꝰ Oſee. xiij. d. Siccabit dn̄s venas mortl̄. i Et letare cū muliere adoleſcētię tuę. i. cū ſapiā: q̄ mulier dꝛ: qꝛ mollē ⁊ ſuauē reddit aiaꝫ: ⁊ qꝛ eſt ſpōſa eiꝰ. Sap. viij. a. Queſiui ſpōſā mihi eā aſſumere: et amator factꝰ ſū formę illiꝰ. Adoleſcētię / dꝛ: qꝛ a puericia ſcire deſideramꝰ. Eccl̄i. vj. b. Fili a iuuētute tua excipe doctrinam. Ad honeſtatē etiā ⁊ ſapientiā nati ſumꝰ: vt dicit philoſophus: k Cerua chariſſima. Cerua eſt chriſtꝰ: vt dicitur in titulo ſuper pſalmū. xxj. propter cerue ꝓprietates: que ei adaptantur. Serpentem de cauerna flatu ſuo extrahit: ſic chriſtus peccata de corde hominis inſpiratione gratię. Eſa. xj. b. In cauerna reguli q̄ ablactatꝰ ē manū ſuā mittet. Iob. xxvj. d. Obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus. Item cerua ſerpentem deuorat: et chriſtꝰ diabolum vel peccatū. Iob. xl. d. Concident eū amici: diuident illū negociatores. Item cerua comeſto ſerpēte / vetuſtatem deponit: ſic chriſtus deiecto diabolo ⁊ deuorato / corpus eius in cruce vetuſtatē mortalitatl̄ depoſuit i reſurrectiōe. Itē chriſtꝰ aſſimilat̄ cerue ꝓpt̄ modū pariēdi. Incuruat̄ eni cerua vt pariat. Un̄ Iob. xxxix. a. Incuruant̄ ad fętū ⁊ pariūt ⁊ rugitꝰ emittūt: Sic chriſtꝰ vt pareret nos deo prī incuruauit ſe. i. hūiliauit / formam ſerui accipiens / ⁊ rugitus prędicationis emiſit. l Gratiſſimꝰ hinnulꝰ / fidel̄ ꝓpl̄s / ꝟtutū varietate diſtictꝰ / ad bona agilis. m Ubera eiꝰ. i. cerue: inebriēt te: q̄ vbera ſſt duo teſtamēta. Cant. j. a. Meliora ſūt vbera tua vino / fragrātia vnguētl̄ optimis. Ul̄ vbera chriſti: ſūt ꝑdicatores: q̄ debēt paſcere ꝑuulos filios eccl̄ię lacte ꝯgratulatiōis ⁊ cōpaſſiōis: ſic paulꝰ Ro. xij. d. docet flere cū flētibꝰ / gaudere cū gaudētibꝰ. n Et i amore eiꝰ. ſ. cerue. i. chriſti: o Delectare. Ps. Delectare i dn̄o ⁊ dabit tibi petitionē cordis tui. Ps. 36.

Chriſtus dicit̄ cerua ꝓpt̄ proprietates cerue

Ar. tilleꝰ

B

* Quare ſeduceris

ſ pio nō ego ſ dn̄s/ vxorē a viro non diſcedere: q̄ ſi diſceſſerit manere inuptā aut viro ſuo recōciliari: ⁊ vir vxorē ſuā non dimittat. a Quare ſeducerꝭ fili mi ab aliena/ adherēdo ei/ ex q̄ habes ꝓpriā cui poteris ꝯiūgi abſq; oī pctō: b Et/ q̄re/ fouerꝭ i ſinu alteriꝰ. ſ. mulierꝭ: Sꝫ q̄ oīs hō qui trāſgredit̄ lectum ſuū ꝯtēnēs aīaꝫ ſuā dicit: Quis me videt/ tenebre circūdāt me ⁊ parietes coopiūt me ⁊ nemo circūſpicit/ quē vereor: delictoꝝ meoꝝ nō memorabit̄ altiſſimꝰ: Eccī. xxiij. c. Jō ſb̄dit̄: c Reſpicit dn̄s ⁊c̄. q. d. ne fouearꝭ in ſinu alterius: q̄ reſpicit dn̄s vias hoīs. i. cogitatiōes ⁊ deſideria:

Job. 34. c. Al. telꝰ

Al. ⁊quiſq;

a Quare ſeducerꝭ fili mi ab a-
b liena: et fouerꝭ i ſinu alteriꝰ:
c Reſpicit dn̄s vias hoīs: et
d oēs greſſꝰ illiꝰ ꝯſiderat. Jni
e f q̄tātes ſue capiūt impiū: ⁊ fū
nibꝰ pctōꝝ ſuoꝝ ꝯſtrigit̄.
g h Ipſe morietur: q̄ non habuit
i diſciplinā: et in multitudine
k ſtulticie ſue decipiet̄. Ca. VI.

d Et oēs greſſus illiꝰ ꝯſiderat. i. opa ſi bona ſint ad ꝓmiādū/ ſi mala ad puniēdū. Job. xxvi. b. Nudꝰ ē iferñꝰ corā illo/ nullū ē opimētū ꝑditioni. Jtē Pſ.
Pſ. 10. Dn̄s cōſiderat iuſtū ⁊ impiū. Jtē Heb. iiij. d. Oīa nuda ſt̄ ⁊ apta oculis dn̄i ad quē nobis ſmo. Eccī. xxiij. d. Oculi dn̄i mlto plꝰ lucidiores ſup ſolē circūſpiciētes oēs vias hoīm. e Iniq̄tates ſue/ nō aliene: capiūt impiū/ ſic laqueꝰ aues: ⁊ ſic hamꝰ piſces. Eccs. ix. c. Sic piſces capiūt̄ hamo ⁊ aues laq̄o: ſic hoīes tpe malo. Vl' ſic fouea lupū. ꝓ. xxiij. Fouea ꝓfūda ē meretrix ⁊ puteꝰ anguſtꝰ aliena. Vel ſic latro iſidiās. ꝓ. xxiij. c. Inſidiat̄ in via q̄ſi latro: ⁊ q̄s icautos viderit interficiet. Vel ſicut leo vorationem. Eccī. xxvij. b. Leo venationi inſidiat̄ ſp: ſic pctā opantibꝰ iniq̄tatē. f Et funibꝰ pctōꝝ ſuoꝝ/ quiſq;/ ꝯſtringit̄: et ꝯſtrictꝰ deducit̄ ad patibulū infernale: ſic latro captꝰ cū furto. Hos funes nemus diabolo: cū ꝑ malas cogitatiōes intorq̄nꝰ praua deſideria: colla nr̄a iījcimꝰ/ ꝑ ꝯſenſū ⁊ delectatione: ducim̄ ꝑ opatione: ſuſpēdim̄ ꝑ ꝯſuetudinē. g Ipſe. ſ. q̄libet ſic ligatus: h Morietur/ morte culpe ⁊ poſtea morte gehenne: que eſt mors ſecunda. i Quia nō habuit diſcipinā/ ꝟboꝝ vel ꝟberū. i. q̄ nō ſuſcepit. Nulli eni deeſt/ ſ oībꝰ ſe offert. Heb. xij. b. In diſciplina pſeuerate: q̄ tanq̄ filijs offert ſe nob deꝰ. Gregꝰ. Sapientia iō cor ſalomonis deſeruit: q̄ nulla cū vel mīma diſciplina interiꝰ cuſtodiuit. Diſciplina eni eſt medicamētū aīaꝝ: arcēs omnē putredinē: cuſtos fideliſſimꝰ i domo ꝯſcie: defenſor patrie ⁊ rector ciuitatis.
* a Quare ſeducerꝭ cū muliere aliena: q̄ intelligit̄ oīs p̄ſēs mūdi delectatio: q̄ aliena dr̄/ q̄ ſimul nō ē cū diuīa. Vn̄ beatus Bern̄. Delicata ē diuina ꝯſolatio: nō ꝯcedit̄ admittētibꝰ alienā. c Reſpicit dn̄s vias hoīs ⁊c̄. ſic ſpōſꝰ zelotypꝰ. Exo. xx. a. Ego ſū deꝰ zelotes. Et reſpicit/ ne vl' illicitū aſpectū i te videat. Jtē reſpicit ſic iudex oīa iudicaturꝰ. Hiere. xxix. f. Ego ſū iudex et teſtꝭ/ dic dn̄s: e Iniq̄tates ſue capiūt impiū. i. infidelē vel quēlibet pctōrē. f Et funibus pctōꝝ ſuoꝝ. i. pctīs ſuis/ q̄ ſūt funes: quiſq;/ cōſtringitur: vt non poſſit ambulare in via dei. g Ipſe/ ſic ligatus: h Morietur/ in peccato: i Quia non habuit diſciplinā dn̄i: q̄ erudit. Eſa. v. d. Propterea captiuus ductꝰ ē pplꝰs meus: q̄ non habuit ſciaꝫ. k In multitudie ſtulticie ſue decipiet̄: que ꝯſiſtit in h̄ q̄ credit ſe eſſe ſapiētē: qd̄ nō ſolū ſtulticia ē ſ etiā demētia. j. Corꝭ. viij. a. Si q̄s exiſtimat ſe aliq̄d ſcire: nōdū cognouit quēadmodū oporteat eū ſcire. Eſa. v. e. Ve q̄ ſapientes eſtis in oculis vr̄is: ⁊ corā vobiſmetipſis prudentes.

Fili mi ⁊c̄. Jn (Expoſi. Capi. VI
ꝓcedēti caplo docuit ſalomon cuſtodire cor ſuū ſiue ſpm̄ ꝯ ſuū inferiꝰ. i. carnē: q̄ caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄ ⁊c̄. Gal. v. e. Jn hoc aūt caplo docet ſpm̄ cuſtodire ad ꝓximū q̄ iuxta ſe ē: vt i ſe ꝑ bn̄ ordinatꝰ: deinde bn̄ ⁊ iuſte ad ꝓximū ordinet̄. Diuidit̄ aūt h̄ caplm̄ i tres ptes. Jn prima docet hīe ſollicitudinē circa res ſibi cōmiſſas. Jn ſcd̄a docet vitare ſchiſmata et apoſtaſiā: ibi: Hō apoſtata. Jn tertia monet cauere iīuriā ꝓximi/ maxīe i vxorē: ibi: Cōſerua ⁊c̄.

Primo aūt alloquēs eū q̄ ꝓ amico ſpopōdit: docet eū vt illū ſollicite admoneat vt reddēdo debitū ſe ⁊ ipm̄ liberet. Allegorice loq̄t̄ ad p̄latos ⁊ ꝑſonos eccl'iaꝝ: q̄ ꝓ tot ſpopōderūt: q̄t i cura ſua receperūt. Dicit ḡ l Fili mi ſi ſpopōderis pro amico tuo/ fideiubēdo: n Defixiſti apud extraneū manū tuā/ vl' aīaꝫ tuā. i. obligaſti te ad reddēdū ſi ille deficeret. q Illaqueatꝰ es verbis oris tui: captꝰ ꝓprijs ſmonibꝰ: Et q̄ ſic illaqueatꝰ es. s Fac ergo quod dico fili mi: quod. ſ. dico tibi. ꝓ. ibi: Diſcurre ⁊c̄. t Et temetipſū libera/ faciēdo qd̄ dico. Et opꝰ ē vt ſic faciēdo te liberes.

l m Fili mi ſi ſpōpōderis
n ꝓ amico tuo: defixi-
o ſti apud extraneum
p q manum tuam. Illaqueatus
r es verbis oris tui: et captus
s proprijs ſermonibus. Fac
t ergo qd̄ dico fili mi: ⁊ temet-
v ipſum libera: quia incidiſti i
x manū proximi tui. Diſcur-

A ꝓ. 17. c. De renū. c. niſi cū. §. verū

Al. tuis

v Quia icidiſti i manū ꝓximi tui: cui te obligaſti pro amico tuo. Ergo vt te liberes: x Diſcurre/ feſtina/ ſuſcita amicū tuū/ ꝓ q̄ ſpopōdiſti vt reddat debitū creditori: et ſic te ⁊ ipm̄ liberet ⁊c̄. Plana ſūt ad lr̄am. Myſtice/ ſic: m Si ſpoponderꝭ/ deo/ ꝓ amico tuo. i. ꝓ ꝓximo curā eiꝰ tanq̄ medicꝰ ſpūal' ſuſcipiendo: Myſtice
Vel q̄ſi aduocatꝰ cām eiꝰ apud deū gerere te ꝓmittēdo: Vl' q̄ſi paſtor pabulū gregi te ꝓuiſurū pollicēdo. Hec eni ꝑtinēt habētibꝰ curā aīarū. ſ. curatiōi aīarū intēdere: cām eaꝝ apud deū p̄cibꝰ ⁊ meritꝭ defendere: triplex pabulū/ ꝟbi/ exēpli/ tpal' ſubſidij ꝓuidere. De his deberet eſſe ſollicitudo eoꝝ: ſed ipſi ecōtrario/ de hmōi ſibi inuicē applaudūt: nō reputātes h̄ eſſe onꝰ ſ honorē. Vn̄ dicūt: Multū gaudeo d̄ vr̄a exaltatiōe. ꝓ. xvij. c. Hō ſtultꝰ cū ſpopōderit ꝓ amico ſuo/ plaudet manibus. Sed certe in fine quādo exigetur ab eo ratio: qn̄ veniet grex ad manū numerātꝭ: vt dic Hiere. xxxiij. c. nō plaudet. Vn̄. ꝓ. xx. c. Tolle veſtimētū eiꝰ q̄ fideiuſſor extitit alieni: ⁊ ꝓ extraneis aufer pignus ab eo. n Defixiſti: id ē obligaſti: p Manū tuā. i. opus: non os tm̄: quia tenet̄ eis/ vt diximus/ triplex dare pabulū/ ꝟbi/ exēpli/ tpalis ſubſidij cū opus eſt. Vn̄ petro ter dictum eſt: Paſce oues meas: Joh. xxj. e. o Apud extraneū. i. chriſtū: qui vt dic btūs Bern̄. amicus ē i ſponſiōe: ſ poſtea erit extraneꝰ i exigēda rōne. Vn̄. ꝓ. eodē. d. Zelus ⁊ furor viri nō pcet i die vīdicte: nec acq̄eſcet cuiuſq̄ p̄cibꝰ: nec ſuſcipiet ꝓ redēptiōe dona plurima. Et nota q̄ dic manū ſinglarit̄: q̄ p̄latꝰ vnā manū liberā ſibi debet reſeruare: alterā ſubditꝭ dare. j. Timoth. iiij. d. Attēde tibi et doctrine. Actꝭ. xx. f. Attendite vobis ⁊ vniuerſo gregi. De hac obligatiōe legit̄. iij. Regꝭ. xx. g. Cuſtodi virū iſtū q̄ ſi lapſus fuerit: erit aīa tua ꝓ aīa eiꝰ. q Illaqueatꝰ es verbis oris tui. q. d. nō ſolū obligatꝰ es ad dādū exēplū opis ſ etiam ad dādū ꝟbū predicatiōis. r Et captꝰ ꝓprijs ſermonibꝰ/ tuis. q. d. ſicut nō habeſ vicariū ad ſpōdēdū: ita nō habeas ad ſoluēdū. Pſ. Voce mea ad dn̄ꝫ clamaui/ nō aliena. s Fac ḡ qd̄ dico: nō tm̄ audi. Mat. xxiij. a. Que dicūt facite. t Et temetipſū libera/ a debito q̄ tenerꝭ i vinculis cū ſymeone donec adducas ad ioſeph beniamin frēꝫ tuum mīmū: Gen̄. xlij. d. v Quia icidiſti i manū ꝓximi tui. i. chriſti: q̄ te puniet niſi fecerꝭ qd̄ ꝓmiſiſti: vt. ſ. ſobrie et iuſte ⁊ pie viuas in hoc ſeculo. Titū. ij. d. Sobrie tibi/ iuſte ꝓximo/ pie deo. x Diſcurre/ ꝑ domos ſubditoꝝ/ et de ꝑſona i pſonā: ſingulis neceſſaria ꝓuidēdo. j. Theſſal'. ij. b. Facti ſumꝰ ꝑuuli i medio vr̄i/ tanq̄ ſi nutrix foueat filios ſuos. Vl' diſcurre diſcutiēdo ꝯſcias ſinguloꝝ. Zach. iiij. c. Septē ſūt iſti oculi dn̄i q̄ diſcurrūt i vniuerſā terrā. ꝓ. xxvij. d. Diligent̄ agnoſce vultū pecoris tui tuoſq; greges ꝯſidera. Vel diſcurre/ int̄ deū ⁊ pplm̄: illi ſupplicās/ iſtis ꝑdicās: deo offerēs ſubditoꝝ pniaꝫ: ſubditis ānūciās dei gl'iam. Jta faciebat moyſes: Exo. xxxij. g. Et Nūe. xj. c. xiiij. c. xvj. a. Feſtina/ docere pplm̄: pare dn̄o ꝯuiuiū in pplo. Feſtinandū ē q̄ incertū ē qn̄ dn̄s veniet ad ꝯuiuiū. Mat. xxiiij. d. Jō ⁊ vos eſtote parati: q̄ neſcitꝭ ⁊c̄. Gen̄. xviij. a. Feſtinauit abraā i tabnaculum ad ſarā: dixitq; ei: Accelera/ tria ſata farine cōmiſce ⁊ fac ſubcinericios panes:

Pſ. 76.

a re/feſtina/ſuſcitā amicū tuū.
b Ne dederꝭ ſomnū oculꝭ tuiſ:
c nec dormitēt palpebre tue.
d Eruere q̄ſi damula ꝺ manu:
e ⁊ q̄ſi auiſ ꝺ inſidijs aucupiſ.
f g Uade ad formicā o piger: et
h i ꝯſidera vias eiꝰ/et diſce ſapi
k entiā. Que cū nō habeat du
l m cē nec p̄ceptorē nec p̄ncipē:
n parat eſtate cibū ſibi/et cō/
gregat i meſſe qꝺ comedat.

ſubcinericios panes: ipſe ꝟo ad armentū cucurrit: tulitq̄ inde
vitulū tenerrimū optimū/deditq̄ puero: q̄ feſtinauit ⁊c. Glo
Origeñ. Ecce nihil torporis i domo iuſti: currit ſenex/ acce/
lerat ſara/feſtinat puer. a Suſcita amicū tuū .i. chriſtū
p̄cibꝰ .ſ. vt ſubueniat: ſic diſcipuli/ Mar. iiij. d. Facta ē ꝓcel/
la magna vēti: ⁊ fluctꝰ mittebat i nauim:
ita vt impleret nauis: ⁊ excitāt illū ⁊ dicūt
ei: Magiſter ñ ad te ꝑtinet q2 perimꝰ: Ex
emplū legit/ꝙ q̄dā epo celebrāte obijt q̄/
dā ꝓrochianꝰ eiꝰ ſine cōfone: ⁊ iō intrauit
heremū ⁊ noluit redire donec reſuſcitaret
De prelatis mortuꝰ: qꝺ ⁊ factū ē. Uel/ Suſcita ꝓxi/
mū vl' ſb̄ditū a ſomno pctī ⁊ torporis cre/
bris exhortatiōibꝰ ⁊ durꝭ increpationibꝰ:
Ad hoc eni cōſtitutꝰ eſt prelatꝰ. Eſa. xlix.
c. Dedi te in fedꝰ populi vt ſuſcitares ter/
rā .i. terenoſ: ⁊ poſſideres hereditates diſſi/
patas. Sed mirū eſt de q̄buſdā: qui tribꝰ
dietis vel ampliꝰ remoti/ volunt mortuos
ſuos ſuſcitare: cū etiā dñs neminē ſuſcitaſ/
ſe legat niſi p̄ſens. Uñ nō ſuffecit heliſeo miſiſſe giezi ad pue
rū ſuſcitādū: imo ⁊ ipſe ſtatim ſubſecutꝰ ē/⁊ p̄ſens puerū ſu/
ſcitauit. iiij. Regꝭ. iiij. f. b Ne dederis ſomnū oculis
tuis/negligēdo curā ſubditorū. c Nec dormitēt pal/
pebre tue: nō corrigēdo p̄ tedio. Rab. Somnū dat oclis:
qui ſubditoꝝ oino curā negligit: dormitat aūt q̄ rep̄hēſibilia
eoꝝ geſta cognſcit/et ꝓpt mētis tediū digna inuectiōe nō cor/
rigit. Ecce officiū p̄latoꝝ: nō dormire p negligētiā/neq̄ dor/
Ps.120. mitare p tediū. Ps. Ecce nō dormitabit neq̄ dormiet q̄ cu/
ſtodit iſrl'. Geñ. xxxj. c. Uiginti ānis fui tecū: oues et capre
tue ſteriles nō fuert: arietes gregis tui nō comedi: nec captū
a beſtia oñdi tibi: ego omne damnū reddebā: q̄cq̄d furto pie/
rat/a me exigebas: die noctuq̄ eſtu vrebar: fugiebatq̄ ſom/
nus ab oculis meiſ. d Eruere .q. d. nō dormitēt palpebre
tue: ſʒ/eruere q̄ſi damula de manu/illius .ſ. cui te obli/
gaſti. e Et q̄ſi auis de inſidijs aucupis .i. diaboli .q.
d. ſicut damula de manu captiuātis eā q̄rit euadere/⁊ auis a
laqueo aucupis: ita tu ſollicite labora vt te ſoluas a ſpōſione
Prelatꝰ cōpat damule q̄ te obligaſti ꝓ alijs/nihil omittēdo de cōtingentibꝰ. Cōpat
aūt ſalomon p̄latū damule ꝓpt mūdiciā cordis ⁊ corpis/ꝓpt
agilitatē opis/ꝓpt ꝑſpicationē ꝯtēplatiōis: quā dʒ hr̄e p̄latꝰ.
Itē cōpat aui Damula eni eſt mūdū aial/agile ⁊ ꝑſpicax. Aui vero prelatꝰ
cōpat: q2 pēnis ꝟtutū debet ſe ſuſpēdere a terenis. Sic Iob.
vij. c. Suſpendiū elegit aia mea. Et ſic nō timet inſidias au/
cupis .i. diaboli/ vel cuiuſlibet iniqui/ vel doloſi. Hiere. v. f.
Inuenti ſūt in pplo meo impij iſidiātes q̄ſi aucupes laque/
os ponētes. f Uade ad formicā o piger. Sup̄ docuit
p̄latū quō debeat p̄eſſe: h̄ docet quō debet docere. Ad hoc
eni p̄eſt vt doceat: Et primo hortat vacantē p̄latū: vt ſi ad
alios erudiēdos nō ſufficit: ſaltē ſui curā nō negligat. Et ſi ſa
piētiā docēdi vel opandi neq̄t diſcere ab hoīe/diſcat a formi/
ca: que nō habēs ducē aut p̄ncipē/tñ p̄parat ſibi in eſtate qꝺ
comedat in hyeme. Si eni tantillū aial duce carēs/rōne ex/
pers/tñ natura duce ſibi p̄uidet in futurū: mlto fortiꝰ hō ad
imaginē dei factꝰ ipſū habēs ducē/debet in p̄ſenti fructꝰ bo/
noꝝ operū cōgregare: q̄bꝰ viuat in futura vita/que nūq̄ de/
ficiet. Cōparat aūt vita p̄ſens eſtati: q2 nūc int ardores tem
ptationū/tp̄us eſt colligēdi merita futuroꝝ p̄mioꝝ. Dies ꝟo
iudicij hyemi cōparat: q2 tūc nlla relinquet facltas laborādi
ꝓ vita habēda: imo q̄libet coget comedere de hoc qꝺ recō/
didit in horreo ſuo. Et ſic dicit q̄dā expoſitor ſup hierarchiā
dionyſij: Duplici de cā philoſophi ſermones ſuos icorpant.
Prima eſt: vt faciliꝰ a ſenſibilibꝰ intelligant. Secūda/vt vna
re multa cōprehēdāt: Eiſdē rōnibꝰ/ſacra ſcp̄tura parabolis
vtit: vt ſcilicet faciliꝰ capiat: et vt ſub vna re mlta cōp̄hēdat:
qꝺ nō poſſet facere vno ſermone. Uñ p̄latū ad multa breuit
inuitās dicit: f Uade/p cōſiderationē ⁊ imitationē: g
Ad formicam o piger/ꝓpter excitandā pigritiā tuā: ꝯſi/
derās et attendēs ſi tā vile aial tantū facit ꝓ vita ſua ꝯſeruā/
da ⁊ ſuſtentāda: q̄d tibi faciēdū ſit ꝓ vita gl'e in p̄ſenti: ⁊ vita
gl'ie i futuro acquirēda ⁊ cōſeruāda. Itē ideo/vade: vt eru/
beſcas pigriciā tuā/cōſiderās eius ſollicitudinē et vigilantiā.
Uel iō/vade: vt exēplo ipſiꝰ cōgreges tibi i hac vita p̄ſenti
vñ viuas in futura. Uel iō/vade: vt addiſcas ab ea ſapiētiā:
que grana detruncat ne germinēt vl' putreſcāt: Sic debet q̄/
libet p̄latꝰ ſupflua reſecare ⁊ dare paupi/
bus/ne ſi l'oia reſeruata putreſcāt. Simi
lit pōt dici cuilibet p̄lato: Uade o pi/
ger: nō ſolū ad formicā ſʒ etiā ad caput
cuiuſlibet aialis: ⁊ videbis illud ceteris
mēbris propinquiꝰ celo: ſic p̄latꝰ inſtruit
q̄ p̄eſt eccleſie: vt ſit celo ꝓpinquior vite ⁊
ſcie eminentia. Itē nō iuenit aliqꝺ aial
ſine ore ⁊ naſo: ſic p̄latꝰ nō debet eſſe ſine
ore: id ē mutꝰ ad p̄dicādū: nec ſine naſo
vt ſentiat ferorē luxurie vel cuiuſlibet vo
luptatꝭ male. Uade etiā ad caudā q̄ mu/ ī.30.d.
ſcas abigit ⁊ pudēda opit. Iō dic̄ Iob.
xij. b. Nimirū interroga iumēta et doce/
būt te. Et ita patet ꝙ nullus excuſat per
ignorantiam: quia tot doctores habet/quot creaturas vi/
det. In q̄bꝰ dupliciter inſtruit conſiderans q̄litates ⁊ actꝰ ſiue
officia earū q̄ ſine errore ⁊ intermiſſiōe faciunt. Primo aūt Proprietates formice
mittit ſalomon ad formicā: q2 in eiꝰ natura fere cōtra oia vi/
tia cautela reperit: Quia paruū aial ē: ſic docet hūilitatē. ī.
xxx. d. Formice ppl's infirmꝰ. Itē ſollicitū: ſic docet vitare
ociū. ij. Theſſal'. iij. d. Qui nō laborat/nō manducet. Item
prouidū: ſic docet ꝓuidentiā de futuro. Gal'. vj. c. Ergo dū
tempus habemꝰ/operemur bonū ad oēs. Item ſocias ſuas
iuuat. Gal'. vj. a. Alter alteriꝰ onera portate: Sic docet cha
ritatē habere. Itē granū detrūcat/ne germinet: ſic docet vi/
tare ⁊ cauere elationē de bono opere. Hiere. iiij. a. Circūci/
dimini dño ⁊ auferte p̄putia cordiū veſtroꝝ. Item arto calle
incedit: ſic docet penitentiā. Lucꝭ. xiij. e. Contendite intrare
per anguſtā portā. Item terrā egerit de cauernis: ſic docet
cōtemptū terrenorū. Iob. xxxix. c. Terrā vngula fodit. Itē
grano paſcit: ſic docet honeſtatē vite. Iob. xxxix. a. Circū/
ſpicit mōtes paſcue ⁊ virētia queq̄ ꝑquirit. Has ꝓprietates
⁊ etiā plures/inuenies in geſtis malchi monachi: cuiꝰ vitam
ſcripſit hieronymus. Qui malchus cū eſſet in captiuitate/cū
multis alijs recolens hāc parabolā: Uade ad formicā ⁊c. ex/
hortatꝰ eſt ſocios ſuos exēplo formice. h Et conſidera
vias eius: id opatiōes eius ſiue diſcurſus. i Et diſce
ſapientiam: ab ea: vt fias formice diſcipulus: qui homis
dedignaris eſſe diſcipulus. k Que cum non habeat
ducem/qui ei oſtendat exemplū: l Nec preceptorē/
qui doceat ꝟbo: m Nec principem/q̄ ei p̄cipiat ſicut
tu habes deū: q̄ eſt hec tria cuilibet chriſtiano. Ioh. xiiij. a.
Ego ſū via/veritas et vita. Dux/q2 via: p̄ceptor/q2 ꝟitas:
p̄nceps/ quia vita. n Parat eſtate cibū ſibi ⁊ con/
gregat in meſſe qꝺ comedat/in hyeme. Sic ⁊ tu modo
debes parare ⁊ colligere vnde viuas i futuro. Modo eni eſt
eſtas: modo eſt meſſis. Ioh. iiij. e. Nōne vos dicitis: q2 ad/
huc q̄ttuor mēſes ſūt ⁊ meſſis venit: Leuate oculos veſtros
⁊ videte regiōes ⁊c. Luc. x. d. Meſſis quidē multa/operarij
ꝟo pauci. Qui modo nō ꝯgregat i eſtate: id ē in vita p̄ſenti:
fame moriet in hyeme: id in die iudicij. ī. xx. a. Propt frigus
piger arare noluit: mendicabit ergo eſtate ⁊ non dabitur ei.
Hic dr̄ hyems/vita p̄ſens: ſicut Cantꝭ. ij. c. Iam eñ hyems
trāſijt: Eſtas ꝟo dr̄ vita eťna ſiue dieſ iudicij. Et nota ꝙ dic̄:
Cōgregat in meſſe/qꝺ comedat in hyeme/nō ꝙ ven/
dat/ꝯtra cupidos: nō ꝙ muribꝰ reponat/ꝯ curioſe ſollicitos.
Sic clerici tēpore ſtudij debēt ꝯgregare qꝺ comedāt: nō tñ
qꝺ ſerāt: Sicut mlti faciūt: q̄ tota vita ſua cōgregāt vt alios
paſcāt p̄dicādo/docēdo: et ipſi nūq̄ de verbo ſuo comedūt.
Hoc ē illud malū de q̄ Eccs. vj. a. Eſt aliꝺ malū qꝺ vidi ſub
ſole ⁊ quidem frequēs apud homines: Uir cui dedit deus di
uitias/nec tribuit poteſtatē ei deꝰ vt comedat ex eo: ſʒ hō ex/
traneꝰ vorabit illud. Iob. v. a. Uidi ſtultū firma radice ⁊ ma/
ledixi pulchritudini eius ſtatim: cuiꝰ meſſē famelicꝰ comedet.

Uſq̄quo piger dormes

a Uſq̄quo piger dormies/ſomno corporis/vidẽs for/
micã ſollicite laborare: Uel ſomno pecati. Eph.v.d. Surge
qui dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit te chriſtus.
b Quando ꝯſurges e ſomno tuo.i. de corpe peccati
ad bene opandũ. Conſurges dicit/non ſurges: q2 p ſe ſolũ
B ſurgere nõ poteſt niſi
Al. dormis cũ grã.j. Corĩ.xv.b.
j.24.d. Nõ aũt ego/ſed grã
dei mecũ. c Paululũ dormies: i de
litijs licꝫ etiã toto tpe
vite tue: quia vt dicit
Gregꝰ ſup Job. bre/
ue eſt quicq̃d termino
claudiꝛ. d Paululũ dormitab: vt
dicis. Et alludit ei qȯ
ſolet reſpõdere piger
dormiens cũ excitaꝛ:

a Uſq̄ quo piger dormies:
b quando conſurges e ſom/
c no tuo? Paululum dormi/
d e es: paululũ dormitab: pau/
lulum conſeres manus vt
f g dormias: et veniet tibi qua/
h i ſi viator egeſtas: et pauperi/
k l es quaſi vir armatꝰ. Si vẽ/
m n o ro impiger fueris/veniet vt

Dimitte me dormire paululũ/⁊ poſtea ſurgã. Dormitat/qui
q̄nq̄ꝫ peccat/q̄nq̄ꝫ penitet: dormit/qui ꝯtinue ſine penitentia
peccat: obdormit vero qui ſine pudore erecta ceruice peccat.
e Paululũ ꝯſeres manus.i. vacabis a bono ope. Sini/
ſtram dextre conſerit: qui bonũ opus ſiniſtra intentiõe facit.
Jdeo dicit dñs Matth.v.a. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat
dextera tua.q.d. nõ conſeras bonum opus ſiniſtre intentio/
ni.j.xj.c. Manus in manu non erit innocens malus. f Ut
dormias/in delitijs ⁊ delictis cũ iona in ꝓfundo nauis/do/
nec ꝓijciaris i mare: Jone.ij.d. Uel cũ fatuis ṽginibꝰ donec
veniẽte ſpõſo claudaꝛ ianua: Matth.xxv.a. Hec ad p̄latos
maxime dicunꝛ: q̃ ꝯſtituti ſꝛ ſpeculatores eccl̃ie. Ezech.iij.d.
Fili hoĩs ſpeculatorẽ dedi te domui iſrael. Eſa.lxij.b. Sup
muros tuos hieruſalẽ ꝯſtitui cuſtodes: tota die ⁊ tota nocte
i perpetuũ non tacebũt. Unde Cantĩ.iij.a. dicit ſponſa: Jn/
uenerunt me vigiles q̃ cuſtodiũt ciuitatẽ. Hoꝝ ergo pigriciã
rephẽdit ſalomon dicẽs: Uſq̄quo piger dormies. Et
nũq̃d non piger ẽ ſup cuiꝰ pedem.i. affectũ cadit vna ſcintil/
la de igne infernali/et pre pigricia nõ excutit eam/ ſed dimit/
tit pedem cõburi? Jtẽ nunquid nõ piger eſt ſup cuius oculũ
id eſt intellectũ/guttatim cadit ſollicitudinũ mũdanaꝝ ſtillici
diũ/et nõ ſe ſubtrahit? Jtem nũquid non piger ⁊ ſomnolen/
tus eſt: quẽ nec fragor nec tonitrua diuinarum cõminationũ
necꝫ tuba ſancte p̄dicatiõis a ſomno corporis vel peccati ex/
citat? Jmmo ſine dubio lethargũ patiꝛ. Uñ de hmõi dr.j.
xxiij.d. Erit ſicut dormiẽs i medio mari: ⁊ quaſi ſopitꝰ gu/
bernator amiſſo clauo. g Et veniet/iterim: h Tibi:
id eſt ad tuũ incõmodũ: i Quaſi viator.i. improuiſe et
ſubito: k Egeſtas/eterna quo ad animã. l Et paupe
ries/quo ad corpus. m Quaſi vir armatꝰ.i. iuincibi/
lis. Juxta litterã patet/q pigritia nutrix eſt paupertatis ⁊ pe/
nurie. Seneca. Quotidie aliq̃d p̄uide cõtra mortẽ/ꝯtra pau/
pertatẽ. Mira ꝓo demẽtia eſt/q ꝓpter vnius diei hoſpitium
curſor p̄mittiꝛ/⁊ de eterna mãſione/vel nõ/vel paꝝ curamꝰ:
immo q miſerabilius eſt/domũ lapideã ꝯtra hyemẽ oibus
victualibꝰ abundanꝛ munimꝰ: ⁊ domũ ꝯſciẽtie oĩno vacuam
relinq̃mꝰ/niſi forte plenã pctis: Sꝫ peccatũ nihil: ⁊ iõ reple/
re nõ põt/ſed potiꝰ vacuare. n Si vero ipiger fueris/
Job.6.c. ad laborandũ ⁊ opandũ cibum qui nõ perit: o Ueniet vt
fons.i. indeficiẽs: p Meſſis tua: ⁊ egeſtas lõge fu
giet a te. Meſſis eſt bonoꝝ ſpũaliũ copia. Bona tpalia nõ
fonti ſed torrenti vel ciſterne cõpanꝛ: quia deficiũt in eſtate/
q̃ñ eſt aquarũ inopia maior: ſed bona ſpiritualia fonti com/
panꝛ/q2 indeficienꝛ reficient. Joh.iiij.b. Qui biberit ex aq̃
quam ego dabo ei/nõ ſitiet in eternũ. Ager huius meſſis eſt
chriſtꝰ. Geñ.xxvij.d. Ecce odor filij mei ſicut odor agri ple/
ni cui bñdixit dñs. Sed multi reputant hũc agrũ ſterilẽ ⁊ iõ
nolunt in eo ſeminare. Unde et ipſe conqueritur Hiere.ij.f.
Nunquid ſolitudo factus ſũ iſraeli/aut terrena ſerotina: qua/
re ergo dixit populus meus receſſimus ⁊ non veniemꝰ vltra
ad te? q Homo apoſtata ⁊c. Secunda pars capituli
cõtra ſchiſmaticos. Et hñ pꝰ pigriciã illos arguit: quia ex pi/
gricia oritur ſchiſma in clauſtris maxime. Pigri enim quie/
ſcere cupiũt: volũt breues eſſe matutinas/modicaſ vigilias/
longam menſam/molles lectulos: Alij ecõtrario volunt: Et
ecce ſchiſma. Si debeat eligi prelatus: illi volunt manſuetũ/
mollem ⁊ remiſſum: iſti ꝓo rigidum ⁊ ordinis celatorẽ. Di/

p fons meſſis tua: et egeſtas
q lõge fugiet a te. Homo apo/
r s ſtata/vir inutil'/gradiꝛ ore p/
t uerſo/ãnuit oculĩ/terit pede/
digito loq̄ꝛ/prauo corde ma
chinaꝛ malũ: et oĩ tpe iurgia
v x ſemiat. Huic extemplo ve/
y niet pditio ſua/⁊ ſubito cõte
z reꝛ: nec hẽbit vltra medicinã.

cit ergo: talis eſt impi
ger/vt predictum eſt:
ſed hõ apoſtata:
id eſt ſchiſmaticus.i.
ſeminator diſcordie.
Apoſtata dr ab apo.
qȯ eſt retro: et theſis:
qȯ ẽ poſitio: q̃ſi retro
poſitꝰ: vt patet i luci/
fero. r Uir iutilis Al. extimplo
eſt: q2 nõ facit fructũ.
Uĩ vt h̄ ꝑpoſitio/in/
nõ tm̃ ꝓuet ſed ponat
ſuũ ꝯriũ.q.d. hõ apo
ſtata nulli ꝓficit ⁊ multis officit. Simile Eſa.xiiij.e. Tu aũt
ꝓiectus es de ſepulchro tuo; q̃ſi ſtirps inutilis. s Gradiꝛ
ore peruerſo: id eſt nititur ꝓmoueri adulando iſti/detra/
hendo illi: ſed ſic gradiẽdo ruit. Andreas dicit: Gradiẽdo p/
uerſe collum torquet/os in vtrunq̄ꝫ latus conuertit. Ad litte
ram: ore gradi ſerpentium eſt. Unde Apocĩ.ix.d. Poteſtas
equorum in ore eorum eſt: et in caudis eorum. Caude nanq̄ꝫ
eorum ſimiles ſunt ſerpentibus habentibꝰ capita: et i his no/
cent. t Annuit oculis/terit pede/ digito loquitur/
prauo corde machinaꝛ malũ: et i omni tpe iurgia
ſeminat/inꝛ fratres. Ecce totus exterior hõ annũciat q̃lis
ſit iterior. Eccĩ.xix.d. Amictꝰ corpis ⁊ riſus dentiũ et igreſ/
ſus hoĩs ennũciãt de ipſo. Sex ponit h̄ ſalomon: qbꝰ reſpõ/
dẽt alia ſex poſita.j. eodẽ ibi: Sex ſꝛ que odit dñs. Jn pmo
notaꝛ mẽdaciũ: ibi: Graditur ore peruerſo. Cui reſpõ/
det.j. Lingua mendax. Jn ſcdo/luxuria: ibi: Annuit ocu/
lis. Eſa.iij.c. Eleuate ſũt filie ſion ⁊ ambulauerũt extẽto col
lo: ⁊ nutibus oculoꝝ ibant. Augꝰ. Non dicatis vos habere
aĩos pudicos ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicꝰ
oculus impudici cordis eſt nuncius. Jn tertio/inconſtan/
tia: ibi: Terit pede.j.vij.b. Uaga/quietĩ impatiẽs/nõ va/
lens in domo ꝯſiſtere pedibꝰ. Matth.xxiij.b. Ue qui circũi/
tis mare ⁊ aridam. Jn q̃rto/detractio: ibi: Digito loquiꝛ.
Eſa.lviij.c. Si deſieris digitũ extendere ⁊ loqui qȯ non ꝓ/
deſt/orieꝛ in tenebris lux tua. Jn q̃nto/doloſitas: ibi: Pra/
uo corde machinaꝛ malũ. Hiere.xvij.b. Prauũ eſt cor
hoĩs et inſcrutabile. Alia habet lr̃a: Profundũ eſt cor homi/
nis. Eſa.xxix.e. Ue q̃ ꝓfundi eſtis corde: vt abſcondatĩ con
ſiliũ a dño. Jn ſexto notaꝛ diſcordia: ibi: Jn oĩ tpe iurgia
ſeminat: qȯ q̃ſi grauiſſimũ vltimo poniꝛ: ſic Matth.v.a.
inter beatitudines vltimo poniꝛ pax quaſi maxima. Beati
inquit pacifici: q̃m filij dei vocabunꝛ. Jgiꝛ p locũ a ꝯtrarijs
iſti maledicti ſchiſmatici: q̄nq̄ꝫ filij diaboli vocabunꝛ. Eccĩ.
xxviij.b. Suſurro ⁊ bilinguis maledictꝰ: multos eñi cõmo/
uit pacẽ habentes. v Huic.i. ſeminatori diſcordie: x Ex
tẽplo/vel/extimplo.i. ſubito vel ex improuiſo ſic fur/ve/
niet pditio ſua. Et ẽ ſumptũ h̄ vocabulũ/extẽplo/ab au/
guribꝰ/q̃ qȯdã ſpaciũ aeris tẽplũ appellabãt: a q̃ dictũ ẽ ꝯtẽ/
plor/eo q cõtẽplari pt: et q̃ñ ab hoc vel circa termĩos vident
aues volare: q̃ſi ꝓnoſticum cognoſcẽtes/dicunt extemplo.i.
ſtatim fiet hoc vel illud. Uel tractũ eſt a vigilibꝰ/q̃ de nocte
aliq̃d timẽdũ pcipiẽtes/populũ excitãdo dicebãt extẽplo ex
tẽplo. Eſt g̃ ſenſꝰ: Huic extemplo veniet pditio ſua/
q̃ſi fur. Sua/dicit: q2 ſuis operibꝰ illam meruit. Eſa.xxx.c.
Subito cum non ſperatur veniet contritio eius. y Et ſu/
bito conteretur/ ſimul in corpore ⁊ in anima cadẽte ſuper
ipſo lapide chriſto. Matth.xxj.d. Qui ceciderit ſuper la/
pidem confringetur: ſuper quem autem ceciderit conteret
eum. z Nec habebit vltra medicinam/ alleuiantem
vel ſanantem. Argumentum q ſuffragia non proſunt dam/
natis. Unde Glo. Interĩ. Erubeſcat Origenes qui dicit q
demones poſt mille annos conſequentur miſericordiam.

Sex ſunt q̃ odit dñs

a Sex ſūt q̄ odit dñs/ꝑdicta.ſ. b Et ſeptimū dete
ſtatur aīa eiꝰ.ſ.ſeminatorē iurgioꝝ ſeu diſcordie/qđ peſſi/
mū ē. Et loqꝉ h̄ ſalomō ſm̄ ꝯſuetudinē hoīm p anthropoſ/
pathos: vt ſeminatorē diſcordie ſignificet dñm valde odiſſe:
Sic đ Eſa.j.d. Solēnitates v̄ras odiuit aīa mea. Plꝰ enī ē
deteſtari q̄ȝ odire. c
Oculos ſblimeſ.i.
ſupbiaȝ: q̄ p̄ ponitꝛ: qꝛ
eſt initiū omnis pctī:
Eccī.x.b. Et qꝛ oībꝰ
odioſa eſt. Eccī.x.a.
Odibiliſ deo ⁊ hoībꝰ
ſupbia. In hac enim
maxime aſſimilatꝛ hō
diabolo. Job.xlj.d.
Omē ſublime videt:
et ipſe eſt rex ſup oēs
filios ſuperbie. Ibi dicit Gregoꝰ. q̄ꝛ cordis ſuperbia vſq̄ȝ ad
mēbra extēditꝛ: ⁊ p oculos p̄mū indicatꝛ. Et dicūtꝛ oculi ſubli/
mes ſupbi: qꝛ in alto poſiti delōge alios q̄ſi iſeriores deſpici/
unt: vł qꝛ ꝑeſſe volūt/ſupiꝰ aſpiciūt: vł qꝛ deo parificari: imo
trāſcēdere ꝯtēdūt: ſic dicit btūs Bern̄. dū ſuā volūtatē ⁊ p
fas ⁊ p nefas impleri volūt. Uñ đ antichriſto đ.ij. Theſſaꝉ.
ij.b. q̄ꝛ extollet ſup oē qđ colitꝛ aut đ deꝰ. Ideo orat Eccꝰ.
xxiij.a. Extollētiā ocl'oꝝ meoꝝ ne dederꝭ mihi. Sūt aūt q̄dā
q̄ habēt oculos exteriores ſatꝭ hūiles/ſ; iteriores nimis ſub/
limes p nimiā ſubtilitatē/plana faſtidiēteſ ⁊ ſecreta dei nimis
curioſe ꝑſcrutātes: Quibus đ.j.xxiij.a. Ne erigas oculos
tuos ad opes q̄s nō potes hr̄e: quia faciūt ſibi pēnas ⁊ vo/
labūt in celū.i.celabūt ſe tibi. Itē eodē.xxv.d. Sicut q̄ mel
comedit multū/non eſt ei bonū: ſic q̄ ſcrutator eſt maieſtatis
opprimetꝛ a gloria. Eccī.iij.c. Altiora te ne q̄ſieris: ⁊ fortio/
ra te ne ſcrutatꝰ fueris: ſ; q̄ deus ꝓcepit tibi/cogita illa ſemp:
et in pluribꝰ opibꝰ eius ne fueris curioſus. Multoꝝ enī ſciē/
tia inutilis ē: Et ſunt etiā multa que quāto plꝰ ꝑſcrutantꝛ: tā/
to minꝰ ſciuntꝛ. Uñ Cātꝭ.vj.b. Auerte oculos tuos a me: qꝛ
ipſi me auolare fecerūt. Et mlti ſūt: q̄ q̄nto plus addiſcūt: tā/
to minꝰ ſciunt: De q̄bus.ij. Timoth.iij.b. Semp diſcētes et
nunq̄ȝ ad ſcientiā veritatꝭ ꝑuenientes. Uñ hoꝛ Seneca. Jō
nō diſcūt neceſſaria/qꝛ ſupflua didicerūt. d Linguā mē
dacē.i.aſſuetā mēdacij: vel libenter et libidinoſe mētientē.
Sap.j.c. Os qđ mentitꝛ occidit aīam. Uel lingua mēdax eſt
lingua hereticoꝝ: que mēdax eſt in fallaci doctrina: que ideo
odioſa eſt deo/quia eijcit eū de habitaculis ſuis vbi priꝰ erat
p gratiā. Uel lingua mendax/eſt lingua adulatoris: q̄ merito
odioſa eſt deo: quia laudes deo debitas/attribuit hoībꝰ qua/
ſi idolatra. Eſt etiā adulator q̄ſi ſirena diaboli trahēs in exi/
tiū audiētes. Eſt etiā quaſi nutrix diabolica lactās paruuloſ
babylonis. Eſt etiā incantatrix diaboli: qꝛ de bono facit ho/
minē ſupbire/quaſi ab eo fuerit illud bonū. Item lingua mē/
dax eſt lingua detractoris: q̄ ideo eſt deo odibilis: ſicut dicitꝛ
Roma.j.d. Detractores deo odibiles: qꝛ qđ dei eſt dicunt
eſſe diaboli: Bonū enim cui inuident/ dicunt mala intentiōe
factū/aut diminuūt: aut malū vbi nō eſt/ mendacitꝛ ponunt.
De hac đ Jaco.iij.b. ꝓprie/q̄ꝛ eſt inq̄etū malum/plena ve/
neno mortifero. Itē detractor ē coquus diaboli: q̄ facit ſucu/
ſum.i.menam: qđ vulgaritꝛ dicitꝛ ſulce: in quo vnus ponit lin/
guam maledicēdo: alius cor ꝯſentiēdo: alius aures audiēdo.
Ideo dicitꝛ.j.xxiij.c. Noli eſſe in ꝯuiuijs potatoꝝ: nec in co/
meſationibꝰ qui carnes conferunt ad veſcēdū/diabolo.ſ. Itē
eodē.xxiiij.c. Ne cōmiſcearis cū detractoribꝰ. Item detra/
ctor etiā ē velut orificiū cloace/per qđ oīs fetor egreditꝛ/totā
domū iſiciēs ⁊ ꝯturbās. Eſt etiā q̄ſi hericiꝰ ſpinoſus vndiq̄ȝ:
q̄ đ hr̄e duos anos: ſic ⁊ detractor: p q̄s fetores: imo ⁊ feces
inceſſantꝛ emittit. Et ſupior nō minꝰ fetidꝰ eſt q̄ȝ inferior. Uñ
Seneca. Non refert vtrū ſupiꝰ an iferius intonet detractor.
Detractor etiā ē velut porcꝰ: q̄ ſp ſtercoricātibꝰ.i.peccātibꝰ
inſidiatꝛ: vnde referēdo alijs ſatietꝛ. Eſt etiam ciconia: q̄ ſolis
ſerpētibꝰ ⁊ bufonibꝰ ſatiatꝛ. e Manꝰ effūdētes innoxiū
ſanguinē. Per h̄ qđ dic innoxiū/ oſtēdit quō itelligitꝛ illud
ꝓceptū/ Exo.xx.c. Non occides. Malos em̄ occidit lex. Uñ
Exo.xxij.c. Maleficos nō patiariꝭ viuere. Innocētes occidi
ꝓhibet ⁊ occiſores punit. Gen̄.ix.a. Quicūq̄ȝ fuderit ſangui/
nē humanū: fūdetꝛ ſanguis illiꝰ. f Cor machinans co/
gitatiōes peſſimas/in ꝓximū. Tales ſūt impugnatores
in exercitu diaboli: q̄ faciūt machinas ad expugnādū et ſub/
uertendū munitiones
dñi: id ē viros ſctōs.
Eccī.xxxvj.b. Qui
peſſimāt plebē tuā in/
ueniant ꝑditionē. g
Pedeſ veloceſ ad
currēdū i malū/qđ
libet. Hi ſūt curſores
diaboli: quia in his q̄
ſtꝛ diaboli velociſſimi
et paratiſſimi ſunt: in
his aūt q̄ dei ſtꝛ/tot cō
ſilia/ tot deliberatiōes querūt: vt deo volēti ingredi i domū
eoꝝ ⁊ pulſāti ad oſtiū/vix clauis inueniatꝛ: Si vero diabolus
vult itrare: ſtatim clauiger paratꝰ aperit. Cātꝭ.v.a. Uox di/
lecti pulſantis: aperi mihi ſoror mea: qꝛ caput meū plenū eſt
rore: ⁊ cincinni mei guttis noctiū. Hi ſtꝛ ſimiles vrſo ⁊ aſino:
q̄ ſūt debiles in anterioribꝰ.i.ſpūalibꝰ: ſed fortes in poſterio/
ribꝰ: id ē in tempalibꝰ. Eſa.v.f. Ue q̄ potētes eſtis ad bibēdū
vinū: ⁊ viri fortes ad miſcendā ebrietatē. b Proferentē
mēdacia.ſ.teſtē fallacē: Hoc totū ſumēdū eſt ꝓ vno de
illis ſex. Nec eſt idē cū eo qđ ſup̄ dictū eſt.ſ. Linguā men/
dacem: Poteſt enī mendaciū dici/⁊ non contra proximū.
Ibi ergo libido mentiendi odiri oſtenditur: hic ꝓ falſum te/
ſtimoniū.j.xiiij.a. Fidelis teſtis non mentietur: profert men
daciū doloſus teſtis: Sed nō impune. Unde.j.xix.a. Falſus
teſtis non erit impunitus. i Et eum qui ſeminat inter
fratres diſcordias/ad rūpendā veritatē fidei/vt hereti/
ci: vel vnitatē charitatis/vt ſchiſmatici. Hoc eſt ſeptimū qđ
dñs tāq̄ȝ grauiſſimū deteſtatꝛ. Aduerſantꝛ ſchiſmatici ſpiritui
ſancto: qui ob hoc miſſus eſt/vt charitatꝭ ⁊ pacis vnitatē re/
formaret in nobis. Hoc eſt enī illud ſolū qđ diabolus magis
timet: ſcilicet ꝯcordie vnitatem. Unde Cantꝭ.vj.d. dicitur đ
eccleſia: Que eſt iſta que progreditꝛ quaſi aurora conſurgēſ:
pulchra vt luna/electa vt ſol/terribilis vt caſtroꝝ acies ordi/
nata. Breuiter ergo ſex que odit dñs ſunt hec. Primū/ſup/
bia: ſecundum/libido mendacij: tertium/homicidiū ſiue cru/
delitas/ que perſequitꝛ innocētes: quartū/ doloſitas inuidie:
quintum/malignitas: id eſt preceps voluntas malefaciendi:
ſextum/falſum teſtimoniū. Hec ſex odit deus. Primū/quia
humilis: ſecundū/quia verus: tertium/quia pius: quartum/
qꝛ bonꝰ: quintū/qꝛ iuſtꝰ: ſextū/qꝛ iudex. Uñ.j.xix.d. Teſtis
iniquus odit iudiciū. Septimū vero.ſ. diſcordias/deteſtatꝛ:
qꝛ pax eſt ſiue pacificꝰ: vñ et ſalomon appellatꝛ. k Cōſer/
ua. Tertia pars: in q̄ dehortatꝛ ab iniuria ꝓximi: ad qđ ma/
xime neceſſaria ē doctrina et cuſtodia mādatoꝝ: Uñ dic: Cō
ſerua.i.ſimul corde ⁊ ope ſerua: l Fili mi: cui ſeruatꝛ pri/
moniū. m Precepta pr̄is tui/carnalꝭ ⁊ ſpiritualis.ſ. dei/
prelati ⁊ mgr̄i ⁊ cuiſlibet ſapientis. Cōſerua inquā/ non ſolū
in te p ſcientiā/ſ; etiā in alijs p doctrinā. Quedā enī ſeruādo
ſeruari nō poſſūt: vt fons ſi effluere ceſſauerit/eo ip̄o areſcit:
ſic ſcientia. Item gladiꝰ ſi diu moretꝛ in vagina: rubigine ex/
creſcēte vix extrahi pōt: ſic ſcīa. Qđ patet in ꝓdicatoribꝰ qui
p magnū tp̄s ceſſāt a ꝓdicatiōe: cū poſtea volūt/nō pn̄t. Jō
đ Hiere.xlviij.b. Maledictꝰ vir q̄ ꝓhibet gladiū ſuū a ſan/
guine: qđ eſt veteri hoī parcere a gladio v̄bi dei. Breuitꝛ oēs
diuitie ſpūales meliꝰ cōmunicando ſeruantꝛ: ⁊ cū diſtribuuntꝛ
augmētantur. Uñ Lucꝭ.xix.c. de illo qui mnam ſuā repoſuit
i ſudario dic dñs: Auferte ab illo mnam ⁊ date illi qui habet
decē mnas. n Et ne dimittas legē.i.iſtituta: o Ma/
tris tue: ad lraȝ/vł eccłie/vel gr̄e/vel ſapīe/vł reglarꝭ diſci/
pline. p Liga ea.i. precepta quaſi faſciculum: q In
corde tuo/exercitio boni operis vel tenacitate memorie et
amoris. r Jugiter: id eſt ſemper ⁊ vbiq̄ȝ. Deut.vj.b.
Erūt verba hec que ego precipio tibi in corde tuo: et narra/
bis ea filijs tuis: et meditaberis ſedens in domo tua et am/
bulans in itinere/dormiens

C
ſ.1.b.
De his q̄ nimis querūt ſcire
De lingua heretici
De lingua adulatoris
De lingua detractoris

a b Sex ſunt que odit dñs: ⁊ ſe
ptimū deteſtatur anima eiꝰ.
c d Oculos ſublimes/linguam
e mendacem/ manus effundē
f tes innoxium ſanguinē/cor
machinans cogitatiōes peſ
g ſimas/pedes veloceſ ad cur
b rendum in malum/ ꝓferen/
tem mendacia teſtem falla/
i cem/ ⁊ eum qui ſeminat inter
k l fratres diſcordias. Conſer/
m n ua fili mi ꝓcepta patris tui:
o p ⁊ ne dimittas legē mr̄iſ tue:
q r Liga ea in corde tuo iugiter:

bulans in itinere/dormiẽs atq; cõſurgens: ꝛ ligabis ea qua/
ſi ſignum in manu tua. Eſa. viij.c. Liga teſtimonium/ ſig/
na legem ĩ diſcipulis meis. a ¶ Et circũda gutturi tuo/
ad loquendũ: vt qđ corde credis: ore ↄfitearis. Unde Roma.
x.b. Corde creditur ad iuſticiã: ore autem ↄfeſſio fit ad ſalutem.

a b ēt circũda gutturi tuo. Cũm
ambulaueris gradiantur tecũ:
c d cũm dormieris cuſtodiãt te:
e f ēt euigilans loquere cũ eis:
g Quia mandatũ lucerna eſt
h i et lex lux: et via vite increpa
k tio diſcipline: vt cuſtodiant
l te a muliere mala: et a blan/
m da lingua extranee. Nõn cõ
cupiſcat pulchritudinẽ eius
n o cor tuũ: nẽ capiaris nutibus
p illius. Precium enim ſcorti
q r vix ẽſt vnius panis: mulier

b ¶ Cum ambula/
ueris gradiantur
tecum. q.d. ſine illis
non gradiaris/ſicut nec
miles ad bellum ſine
armis/vel peregrinus
ſine expenſis. Mat.
iiij.a. Nõ in ſolo pa/
ne viuit homo: ſed in
oĩ verbo qđ ꝛc. Hoc
eſt qđ dicit Ezech. j.
e. Cum ambularent
animalia: ambulabãt
pariter ꝛ rote iuxta ea.
Item non eſt ambulã
B dum in hoc mũdo ſi/
ne p̃ceptis: ſicut nec
ſine lucerna in nocte.
Baruch. iiij.a. Hic ẽ
liber mandatorum dei/ꝛ lex que eſt in eternũ: omnes qui tenent
eam/peruenient ad vitam. Et. j. ibidem. Ambula per viã ad
Ps̃.118. ſplendorem eius. Ps̃. Lucerna pedibus meis verbum tuũ.
Item. ij. Pet. j. d. Habemus firmiorẽ ꝓpheticũ ſermonem cui
bñfacitis attẽdẽtes q̃ſi lucerne lucẽti ĩ caliginoſo loco donec
dies illuceſcat ꝛ lucifer oriatur in cordibus veſtris. c ¶ Cũ
dormieris/in morte: d ¶ Cuſtodiant te/ne rapiat ho/
ſtis. e ¶ Et euigilans/in reſurrectione. f ¶ Loquere
cum eis/vt ferant tibi teſtimoniũ de bona vita: vel vt ſoluãt
qđ promiſerũt/interim expectando. Job. xxxj. d. Quis mihi
tribuat adiutorem vt deſiderium meum audiat omnipotens
et librum ſcribat ipſe qui iudicat vt in humero meo portem
illum/et quaſi principi offeram eũ: Uel põt intelligi de ſom/
no ↄtemplatiõis et vigilia actionis. De quibus Cant. v.a.
Ego dormio ꝛ cor meum vigilat. In hoc ſomno cuſtodiunt
nos p̃cepta/ne euaneſcat mens in phãtaſmata/ꝛ ab eis regi/
Triplex ſtatus mur ne erremus. Et tangitur hic triplex ſtatus: ſcilicet/laborã
tium/quieſcentiũ/reſurgentiũ. Primus: ibi: Cum ambu/
laueris. Secundus: ibi: Cũ dormieris. Tertius: ibi: Et
euigilãs. Idẽ habes Cant. v.a. Comedite amici ĩ p̃ſenti
panem veſtrum in ſudore: bibite in glorificatione anime: in/
Seruanda eſt lex ſiue p̃cepta ꝓpter quinq; ebriamini in corporis clarificatione. Item nota quinq; cauſas
in littera quare ſeruanda eſt lex ſiue precepta. Prima eſt: qꝛ
eſt cibus anime. Unde dicit: Liga ea in corde tuo. Secun/
da: quia eſt ornamẽtũ vel cuſtodia lingue. Unde et dr: Et cir/
cũda eã gutturi tuo. Tertia: qꝛ eſt dux vie ſiue lux. Un/
de dicitur: Cũ ambulaueris gradiatur tecũ. Quarta: qꝛ
eſt comes ꝛ cuſtos in morte. Unde dicitur: Cũ dormieris
cuſtodiãt te. Quinta: qꝛ ferunt teſtimoniũ in reſurrectiõe.
Unde dr: Euigilans loquere cũ eis. g ¶ Quia mã/
datum lucerna eſt/minoribus. h ¶ Et lex lux/maiori/
bus. i ¶ Et via vite increpatio diſcipline/incipienti/
bus. Uel ſic: g ¶ Mãdatũ lucerna eſt/quaſi lumẽ in te/
ſta/quo ad vetus teſtamentũ: vbi erat ſpiritus in littera/veri/
tas in figura. h ¶ Et lex lux/quo ad nouũ teſtamentũ: vbi
nuda ꝛ aperta eſt veritas. i ¶ Et via vite increpatio di
ſcipline/quo ad dicta ſanctorum: que nos dirigũt in hac vita
vt ad vitam veniamus eternam. k ¶ Ut cuſtodiãt te ꝛc.
Repete: Cõſerua precepta patris tui ꝛc. vt cuſto/
diant te a muliere mala/ad litteram: quaſi lux ab offen/
diculo. Eccl. xv. d. Si volueris mandata conſeruare/conſer/
uabunt te. l ¶ Et a blanda lingua extranee: id eſt ad/
ultere: que blanditur vt decipiat: ſicut dalila ſanſonẽ: Judic.
xvj. d. Uel mala mulier/eſt caro ſiue carnalis voluptas/ſiue
ſecularis ſciencia/vel heretica doctrina. Blanda lingua ex/
tranee/eſt lingua adulatoris. m ¶ Non ↄcupiſcat pul/

chritudinem eius: ſcilicet mulieris/vel carnalis volupta/
tis/vel ſciẽtie ſecularis/vel heretice doctrine: que omnia ha/
bent exterius pulchritudinẽ/ſed interius turpitudinẽ. n ¶ Cor
tuum. q.d. ſi vis cuſtodiri a muliere mala/noli reſpicere ſpe/
ciem eius/nec ↄcupiſcas eam: ſicut dauid berſabee. ij. Reg.

aũt viri p̃cioſã aĩam capit.
s Nunquid poteſt homo ab/
t ſcondere ignem in ſinu ſuo
v vt veſtimenta illius non ar/
x deãt: aut ambulare ſuꝑ pru/
nas et non cõburantur plã/
y te eius: Sic qui ingreditur
z ad mulierem ꝓximi ſui non
a erit mũdus cũm tetigerit eã.
b Nõn grãdis eſt culpa cũ q̃s
c furatus fuerit: Furatur enim vt
d eſuriẽtẽ impleat aĩam: Dep̃/
henſus q̃z reddet ſeptulum:

xj.a. o ¶ Ne capi/
aris nutibus illi/
us: ad litteram. De
quibus Eſa. iij.c. Nu/
tibus oculorum ibãt.
Uel Nutibus illi/
us: id eſt deſiderijs
carnis. Cauſam vero
quare mulier non eſt
concupiſcenda ſubiũ/
git: qꝛ vilis: p ¶ Pre
ciũ enĩ ſcorti vix ẽ
vnius panis: ad lit
teram. Uel/Preciũ
ſcorti: id eſt delecta/
tio propter quam ap/
petitur: q ¶ Uix eſt
vnius panis: id eſt
breuis eſt: quia nec p
momentum ſatiat. Oſee. iiij.c. Comedent et non ſaturabun/
tur: fornicati ſunt ꝛ non ceſſauerunt. Hieronymus. Uoluptas car/
nis preſens non ſatiat/futura cruciat/preterita non delectat.
Uile quid ergo eſt: et tñ pro ea datur anima ſanguine chriſti
comparata. Unde ſequitur: r ¶ Mulier aũt viri precio
ſam animam capit: ad imaginem dei factam/precio mag Periculoſũ eſt conuerſari cum mulieribus
no emptam. j. Cor. vj. d. Empti enim eſtis precio magno.
Sed quo precio: Non auro quidem corruptibili vel argen/
to: ſed precioſo ſanguine quaſi agni ĩmaculati ieſu chriſti:
j. Pet. j. d. Falſa eſt ergo ꝓculdubio bilanx ꝛ doloſa: in qua
plus ponderat amor meretricis q̃ ſanguis chriſti. Fugiẽda
eſt igitur mulier: Quia/ s ¶ Nunquid poteſt homo ab/
ſcondere ignẽ: id eſt meretricis vel heretici ↄfabulationẽ:
t ¶ In ſinu ſuo: id eſt in corde ſuo: v ¶ Ut veſtimenta
illius non ardeãt: id eſt corpus qđ eſt veſtis anime: vel vir/
tutes q̃ veſtiũt animã. Eccs. ix. b. Omni tẽpore ſint veſtimẽ/
ta tua candida. Apoc. xvj. c. Beatus qui cuſtodit veſtimenta
ſua ne nudus ambulet. Quaſi dicat ſalomon. Non. Eccl. ix.
b. Colloquium mulieris quaſi ignis exardeſcet. x ¶ Aut
nunquid poteſt homo ambulare ſuper prunas et
non comburantur plante eius: q.d. non. y ¶ Sic qui
ingreditur/opere vel conſenſu: z ¶ Ad mulierem pro
ximi ſui: non erit mundus/a peccato. a ¶ Cum: id eſt
quia: tetigerit eam/ conſenſu vel tactu impudico. Eccl.
xiij. a. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Ignem in ſinu
abſcondit: qui mulieri libenter loquitur. Super prunas am/
bulat: qui affectus ſuos in ſpeciem mulieris figit. Ad has pru
nas multi ſe calefaciunt/cũ petro chriſtũ negantes: Matth.
xxvj. g. Has prunas accendit diabolus ſuggeſtionibus pra/
uis. Job. xlj. b. Halitus eius prunas ardere facit. b ¶ Nõ
grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit/comparatiõe
adulterij: quia per adulteriũ violatur thorus celeſtis ſponſi. In/
de etiam ꝓuenit ſepe exheredatio legitimorum filiorum: qꝛ adulte
rinis filijs eque partitur hereditas. Unde Eccl. xxiij. d. Mu/
lier omnis relinquens virum ſuũ/peccabit: ꝛ ſtatuẽs heredi/
tatẽ ex alieno mrĩmonio. Itẽ in adulterio magis offenditur ꝓ/
ximus. Item furtum poteſt reſtitui: adulteriũ vero non. Item
adulteriũ fit ex ſola libidine: ſed furtum ſepius ex neceſſitate:
Unde ſequitur: c ¶ Furatur enim vt eſurientẽ impleat
animam/ſuam vel ſuorum. d ¶ Deprehẽſus quoq; red/
det ſeptuplũ. Cõtra. Luc. xix. b. Si quẽ defraudaui red/
do q̃druplũ. Exo. xxij. a. Si quis furatus fuerit bouẽ vel ouẽ et
occiderit vel vendiderit: quinq; boues ꝓ vno boue reſtituet/et
q̃ttuor oues pro vna oue. Sol. Forte a pluribus fuit ſtatutũ
ſic: vt in furto ſeptuplum reddatur vt magis timeretur/vel a
ſpirituſancto: Uel melius. Reddet ſeptuplũ. i. perfecte.
Sicut illud Ps̃. Argẽtũ

a et ꝯ̃em ſubſtantiã dom⁹ ſuę
b c tradet: et liberabit ſe. Qui
autẽ adulter eſt: ꝓpter cor/
d dis inopiã/ perdet animam
e ſuã. Turpitudinẽ ⁊ ignomi/
f niã ꝯgregat ſibi: ⁊ opprobri
g um illius nõ delebit: Quia
h zelus ⁊ furor viri/ nõ parcet
i in die vindictę: nec acq̇eſcet
k cuiuſq̃ precibus: nec ſuſci/
piet pro redemptione dona
plurima.

Capitulũ. VII.

l m F ili mi/ cuſtodi ſer/
n mones meos: et preceptã
o mea reconde tibi. Fili hõ/
p nora dominum/ ⁊ valebis:
q r preter eũ vero ne timueris
s alienum. Serua mandata
t mea ⁊ viues: ⁊ legem meam
quaſi pupillã oculi tui. Li/
v ga eam in digitis tuis: ſcri/
x be illam in tabulis cordis
y tui. Dic ſapientię/ ſoror mea
z a es: ⁊ prudentiam voca ami
b cam tuã. Ut cuſtodiat te a
c muliere extranea: et ab alie/
na q̃ verba ſua dulcia facit.

Ps. 11. Sicut illud Ps. Argentũ terrę purgatũ ſeptuplũ. i. pfecte. a Et/ inſuper/ omnẽ ſubſtantiã domus ſuę tradet/ ipſe fur iudici. ſ. vel illi cui furat⁹ fuerat. b Et liberabit ſe: et ita fur perdit ſua. c Qui autẽ adulter eſt: ꝓpt cordis inopiã. i. inſipientiã: d Perdet aiaꝫ ſuã: nõ tm̃ ſua. Adulteri ⁊ fornicatores dicũt nõ habere cor: q2 toti carnei ſeu carnales ſunt: ſicut dicit Aug⁹. Unde Hiere. v. c. Audi popule ſtulte qui nõ habes cor. Oſe. iiij. c. Fornicatio et vinũ et ebrietas/ auferũt cor. e Turpitudinẽ ⁊ ignominiã cõgregat ſibi. Turpitudinẽ quo ad ſe: Quia q̇ fornicat̃ in corpus ſuum peccat. j. Cor. vj. d. Infamiam quo ad proximũ. Eccj. ix. a.
A Ne des mulieri poteſtatem animę tuę: ne ingrediatur in virtute tua ⁊ cõfundaris. Uel/ turpitudinẽ/ in hac vita: infamiã in futuro. Unde ſequit̃: f Et opprobriũ illius nõ delebit̃: immo manifeſtũ fit omĩbus in iudicio. Eccj. xxiij. d. Relinquet̃ in maledictũ memoria illius: ⁊ dedecus illius nõ delebitur. g Quia zelus et furor viri. ſ. proprij vel chriſti: h Nõ parcet in die vindictę. i. iudicij: i qua vindicabit ſe deus de omĩbus malis quibus modo videtur pepercisse. i Nec acquieſcet cuiuſquã precib⁹: quia tũc nõ erit tempus rogandi ſed accipiendi. Joh. xvj. e. In illo die nõ interrogabitis quicquam. k Nec ſuſcipiet pro redemptione/ reproborũ/ dona plurima. Soph. j. d. Argentum eorum ⁊ aurũ eorum nõ poterit eos liberare in die irę domini.

Expoſitio Capitulũ. VII.

F ili mi ⁊c. In hoc capitulo exhortat̃ ſalomon filium ſuũ ad cuſtodiã mandatorũ et amorẽ ſapientię: et dehortat̃ ab amore mulieris alienę. Unde hoc capitulum in duas partes diuidit̃. In prima inuitamur ad bonũ. In ſecunda reuocamur a malo. In prima parte monet nos ſalomon cuſtodire p̃cepta: amare ſapientiã. In ſecunda hortat̃ nos fugere fornicationẽ: tam corporalẽ q̃ ſpiritualẽ: deſcribẽs meretricẽ: ibi: De feneſtra eñ ⁊c. Dic ergo: l Fili mi: ne p̃dicta cõtingãt tibi: m Cuſtodi ſermones meos: corde ⁊ opere. n Et p̃cepta mea recõde tibi: intus in corde q̃ſi theſaurũ precioſũ: ne inde appetas lauda/
Ps. 118. ri extra ab hominibus. Ps. In corde meo abſcondi eloquia tua: vt nõ peccẽ tibi. Econtrario ezechias peccauit: q2 theſauros ſuos oſtẽdit babylonijs: Eſa. xxxix. c. o Fili honora dominũ: ipſius imaginem illeſam ſeruando: ipſum fide/ ſpe ⁊ charitate colendo: te pro ipſo exponendo. Unde ſup. iij. b. Honora dominũ de tua ſubſtantia. i. de teipſo vel in teipſo/ templũ deo magnificũ extruẽdo per bonã vitam. Uel/ Honora dominũ: fidem eius predicando: laudes eius confitendo: pro ipſo fideliter dimicando. p Et/ tũc ſine dubio/ valebis. i. preualebis cõtra hoſtes. Ro. viij. f. Si deus pro nobis/ quis contra nos? Uel/ valebis. i. valens eris. q Preter eũ vero. i. preter dominum: r Ne timueris alienũ. i. diabolũ vel quemlibet: ſed tm̃ ipſũ. Eſa. viij. c. Dominũ exercituũ ipſum ſanctificate: ipſe pauor veſter et ipſe terror veſter. Eccj. xxxiiij. b. Qui timet deũ nihil trepidabit. Matth. x. c. Nolite timere eos q̇ corpus occidũt ⁊c. Eſa. lj. d. Quis tu vt timeas ab hoĩe mortali: ⁊ a filio hoĩs/ q̇ quaſi fenũ cito areſcit? Philoſoph⁹. Qui timet deũ: omĩa timent eũ. Econtrario cain quia nõ timuit deum: omnia timuit. s Serua mandata mea et viues: vita gratię in preſenti: ⁊ vita glorię in futuro. Matth. xix. c. Si vis ad vitã ingredi/ ſerua mandata. t Et legẽ meã quaſi pupillam oculi tui. i. ita ſollerter ⁊ diligenter vt pupillã oculi tui: ꝓ qua ſeruãda manũ ⁊ cetera membra exponimus: Sic ꝓ lege nos et noſtra exponere debem⁹: potius q̃ eã deſeramus. Unde mathathias dixit j. Machab. ij. f. Nũc ergo filij ęmulatores eſtote legis: ⁊ date animas veſtras ꝓ teſtamento patrũ veſtrorũ ⁊c. Comparat̃ autem lex pupillę: q2 ſicut in pupilla eſt vis videndi corporaliter: ita et in lege eſt vis viuendi ſpiritualiter. v Liga eam in digitis S. 2. c.
tuis. i. in diſcretis operibus tuis: vt ſcḋm eam omĩa agas. Uel/ In digitis tuis. i. in viribus aię: quibus liganda eſt lex amoris vinculo/ et bonorũ operũ exercitio. x Scribe illã in tabulis cordis tui. i. in intellectu et affectu. Ibi ſcribenda ẽ per cognitionẽ ſtilo ſtudioſę lectionis: hic per amorem ſtilo contemplationis vel exercitio boni operis. Uel duę tabule cordis/ ſunt capax intelligentia/ ⁊ tenax memoria. Hiere. xxxj. f. Dabo legem meã in viſceribus eorũ: et in corde eorum ſcribã eam. Alia tranſlatio habet: Deſcribe eã ĩ latitudine cordis tui: Ita ſcilicet vt totũ cor impleat: ⁊ nihil vacet a lege. Uel latitudo cordis/ amor ẽ: vbi ſcribẽda ẽ/ vt totũ cor ſit liber legis dei: nõ ſaccus vel arca. y Dic ſapientię ſoror mea es. i. eam tibi ſororia dilectione iunge. z Et prudentiam: de informatione morũ: a Uoca amicã tuã. i.
amore† ſollicito obtempera ei. Uel ſapiẽtia ẽ de ſuperiorib⁹: Al. ⁊ ſolito
prudẽtia de inferioribus. Uel ſapientia cognitio per guſtũ: prudentia cognitio per intellectũ. Illa ſoror ẽ: iſta amica eſt quod minus eſt. Uel ſapientia eſt chriſtus: qui quẽlibet fidelem vocat ſororẽ. Cant. iiij. b. Ueni de libano ſoror mea ſponſa. Et econuerſo ſponſa vocat eũ fratrem/ Cant. viij. a. Quis mihi det te fratrẽ meũ ſugẽtem vbera matris meę? Hic autẽ chriſtus vocat̃ ſoror ꝓpter teneritudinem amoris: quo diligit nos. Uel ſapientia dicit̃ ſacra ſcriptura: quę tãq̃ ſoror amplectenda eſt: nõ polluẽda inceſtu: ſicut illi eã polluũt q̇ in ea aliud quęrũt q̃ honorẽ ⁊ gloriã dei/ aut proximi ędificationẽ. Hęc eñ ẽ ſoboles ſpiritualis. ſ. honor dei: vtilitas proximi: quã doctor ex ſapientia debet gignere: et tunc eſt verus ſponſus/ non adulter quęrens in ea propriã gloriam vel cõmodũ temporale. Talis ſponſus fuit paulus. ij. Cor. ij. d. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbũ dei: ſed ex ſinceritate ſicut ex deo corã deo in chriſto loquimur. Uel ideo dicitur ſapientia ſoror: quia ſimul cũ mundo corde creatur cum regeneramur. Uel ideo: vt quęras ei bonum virũ: qui ducat eam amando/ operando. Prudentia vero vt amica habenda eſt: vt ad ipſam in omĩ negocio cauſa cõſilij/ in omni periculo cauſa auxilij/ in omni aduerſitate cauſa ſolatij quaſi ad fidelem amicum recurras. Hoc ẽ qḋ dicitur Eccj. xxxvij. a. Non obliuiſcaris amici tui in animo tuo: ⁊ nõ immemor ſis illius in operibus tuis. Sap. viij. b. Ipſa erit allocutio cogitationis et tędij mei. b Ut cuſtodiat te a muliere extranea: ad litteram: vel ab heretica doctrina. c Et ab aliena quę verba ſua dulcia facit/ vt decipiat: Ecce ſpiritualis amoris ſapientia: quę carnalem amorem et errorem repellit. Et poſſet aliquis ſalomoni dicere: Et quõ h̄ ſcis? Et rñdet: Experimento ſcio h̄. Et ecce q̃mõ:

De feneſtra eñ

a De feneſtra enim domus
meę per cancellos proſpexi
b c †et video paruulos. Con/
d ſidero vecordem iuuenem
e f qui trāſit per plateas iuxta
g angulum: et prope viam do
h mus illius graditur i obſcu/
k l ro aduesperaſcēte die in noc/
m ctis tenebris ⁊ caligine. Et
n o ecce mulier occurrit illi or/
p natu meretricio: preparata
q ad capiēdas animas. Gar/
r s rula et vaga/ quietꝭ impati/
t v ens: nec valēs in domo con
x ſiſtere pedibus ſuis. Nunc
y foris: nunc in plateis: nunc
z iuxta angulos inſidiās. Ap
a b prehenſumq; deoſculatꝰ iu/
c d uenem: et ꝓcaci vultu blan/
ditꝰ/ dicēs: Victimas ꝓ ſalu/
te deuoui: hodie reddidi vo
e ta mea. Idcirco egreſſa ſuz
in occurſum tuum: deſide/
f rās te videre et repperi. In/
g texui funibus †lectulū me/
h um: ſtraui tapetibus pictis
i ex egypto: aſperſi cubile me
um myrrha et aloe et cin/
k namomo. Veni inebriemur
l vberibus: ⁊ fruamur †cupitꝭ

a De feneſtra enim domus meę per cancellos proſpexi: ad litteram ſic potuit eſſe. Cancelli ſunt feneſtrę ſtrictę/ virgis ferreis vel ligneis cācellatę: vel ipſa parua foramina ſiue feneſtrellę quę ſunt inter virgas/ dicuntur hic cancelli. Sic accipiꝰ Cantꝭ.ij.c. En ipſe ſtat poſt parietē noſtrū reſpiciens per feneſtras/ ꝓſpiciēs per cācellos. Andreas dicit ꝙ cancellꝰ ſiue luri ca ē murꝰ cęnaculoꝝ ſiue q̄rūlibet ędificiorū orāſ ambiēs ab iniuria lapſꝰ icedētes defendēs. Claudunꝰ enī deambulatoria virgꝭ cancellatꝭ. Myſtice autez refertur hoc ad p̄latos: qui manētes in domo conſcientię ſuę/ diligēti cura ⁊ conſideratione debēt ſe extēdere vſq; ad ſbditos: ſm ꝙ dicitꝰ .j. xxvij.d. Diligenꝰ agnoſce vultum pecoris tui/ tuoſq; greges cōſidera. Debet autem eorum cura eſſe/ vt errātes reuocēt/ cōuerſos regant vt ſtent/ ſtantes pungant vt proficiant: et hoc ſignificat baculus epiſcopi: qui ſuperius curuus eſt: ī medio rectus: inferius acutus. Unde verſus. Attrahe per primū/ medio rege/ punge per imū. Dicit ergo ſalomon in perſona prelati: a De feneſtra enim domus meę per cancellos proſpexi: id eſt ſolerti cura ⁊ vigilanti conſideratione attendi vitam ſubditorum/ manens in domo proprię conſciētię. b Et video paruulos/ ſenſu. c Conſidero vecordē: id eſt leuē ſine cordis diſcretiōe. d Iuuenem: non virtute ſed īſtabilitate. e Qui tranſit per plateas: id eſt per latā ⁊ ſpacioſam viam quę ducit ad mortem: Matth.vij.b. De qua dicitꝰ Eſa.lix.c. Corruit veritas in plateis: et equitas non potuit ingredi. f Iuxta angulum/ relicta anguſta via quę ducit ad vitā/ declinās a rectitudine veritatꝭ. g Et prope viam domus illius: ſcilicet mulieris: h Graditur/ ꝑ cogitationes malas vecors iuuenis. i In obſcuro: ad litteram. Tenebras enī querūt q̄ ſꝰ adulteri. Iob.xxiiij.c. Oculus adulteri obſeruat caliginem dicens: nō videbit me oculus. Ioh.iij.c. Qui male agit odit lucez. k Aduesperaſcente die: ad litterā: vel myſtice/ occidente ei ſole iuſticię: l In noctis: id eſt peccati: m Tenebris ⁊ caligine/ mentis. Ecce triplex obſcuritas mentis tangitur hic. Veſpera dicitur conſenſus ī peccatū vel cogitatio praua: nox/ delectatio peccati vel opꝰ: caligo/ conſuetudo vel placentia peccati. n Et ecce mulier occurrit illi. Littera plana eſt. Deſcribit eñ mulierē meretricē/ ad capiēdū iuuenes idoneā ⁊ paratam. o Ornatu meretricio preparata ad capiēdas aīas/ intuentium per oculos. Ornatus meretricius contrarius eſt honeſtati ſiue decori conuerſationis ⁊ pęnitētię/ quę eſt ornatꝰ ſponſę chriſti. Hiere.xxxj.a. Rurſus ędificabo te et ędificaberꝭ filia iſrꝉ adhuc ornaberꝭ tympanis tuis. q Garrula. Talis mulier vix eſt caſta. Vñ beata virgo in euāgelio nō legiꝰ aliꝗ locuta/ niſi q̄ttuor. Primo/ angelo reſpōdēdo: Lucꝭ. j.d. Secundo heliſabet ſalutando: ⁊ canendo: Magnificat anima mea dñm: Lucꝭ.j.e. Tertio filio ſuo/ quaſi increpādo: Fili quid feciſti nob ſic: Lucꝭ.ij.g. Quarto in nuptijs. Ioh. ij.a. r Et vaga/ corde. s Quietꝭ impatiēs/ corpore. t Nec valens in domo/ materiali/ vel conſcientię: v Conſiſtere pedibus ſuis: ad litterā/ vel affectibus. x Nunc foris/ in domo aliena. y Nunc in plateis/ ciuitatis/ vt videat ⁊ videatur. Unde. Spectatum veniunt: veniunt ſpectenꝰ ⁊ ipſę. z Nunc iuxta angulos inſidians: viſa prius ī publico/ ibi quęraꝰ vt peccet. q.d. et occulte ⁊ palam ſe offert ⁊ īuitat ad pctm̄. a Apprehenſumq;/ verboꝝ blandimētis: vel ad litterā brachioꝝ amplexibus: b Deoſculatur iuuenem/ leuē et cōſentiētem. c Et procaci vultu: id effronti ⁊ improbo: d Blanditur dicens: victimas ꝓ ſalute deuoui/ vel debui: hodie reddidi vota mea. q.d. ſacrificium hodie feci: ⁊ ideo ē mihi ſolēne conuiuium. e Idcirco egreſſa ſum in occurſū tuū: deſiderās te videre. Minꝰ dicit et plꝰ ſignificat: Non enī ſolū videre deſiderat meretrix. f Et repperi/ te. g In texui funibus lectulum meum. q.d. mollē feci. h Straui tapetibꝰ pictis ex egypto: id eſt de byſſo ęgyptiaca factꝭ: q̄ eſt candidior. Hoc quoq; ad libidinē oculoꝝ ꝑtinet: primū ad tactꝰ ſuauitatē. Iſte lectus ducit ad lectū inferni dormiētes in eo. Apocꝭ.ij.f. Ecce ego mittā eam in lectum: ⁊ q̄ męchantur cū ea/ in tribulatione maxima erunt. Culcitra huius lecti erit tinea: ⁊ operimentū vermes. Eſa.xiiij.c. Subter te ſternetur tinea ⁊ operimentū tuū vermes. i Aſperſi cubile meū myrrha ⁊ aloe ⁊ cinnamomo/ vt odore prouocet. Hoc quo ad odoratū. Sed hunc odorē horribilis ſequiꝰ fetor. Eſa.iij.d. Erit ꝓ ſuaui odore fetor. Et nota ꝙ tres ſpecies aromaticas noīat: duas amaras ⁊ vnam dulcem: in quo notatur ꝙ in carnali opere plus eſt amaritudinis q̄ȝ delectationis. Una amaritudo ꝑtinet ad preſens ſeculum/ alia ad futurū. k Veni inebriemur vberibꝰ: id eſt abundanter īpleamur delectationibus. l Et fruamur cupitis vel cupidis:

n Et ecce mulier ⁊c̄. Myſtice/ hęc mulier eſt hereſis: hereticꝰ/ vir eiꝰ: iuuenis vecors/ ſimplices: q̄s heretici ꝟboꝝ blādicijs decipiūt. Dic ḡ: n Ecce mulier occurrit illi: cuilibet ſimplici: o Ornatu meretricio. i. ꝟboꝝ cōpoſitiōe vꝉ ſophiſtica deceptiōe. p Prepata ad capiēdas aīas/ laq̄is mortꝭ. q Garrula q̄ſtis impatiēs. i. q̄tē eccꝉię turbare cupiēs. t Nec valēs i domo. i. in ꝓmis diſcipulis ſuis q̄s iaz decepit: v Cōſiſtere pedibꝰ. i. deſiderijs ſuis. Semꝑ enī hereſis ſerpit vt cancer. x Nunc foris: cū paganos vel alios infideles rapit ad ſuū errorem. y Nūc i plateiſ: cū voluptuoſos ꝯuertit ad ſe. z Nūc iuxta āgulos: cū alios hereticos trahit ad ſuam ſectam. a Apprehēſūq; deoſculaꝰ. i. ꝯuerſū ad ſe blandimētis ꝟboꝝ demulcet. c Et ꝓcaci vultu blādiꝰ. i. obſtinato errore dicūt ſe ꝓ deo facere q̄cq̄d faciūt: ⁊ i oībꝰ q̄ faciūt imolare deo ſacrificiū q̄ſi victimas ſuę ſalutꝭ. Nā ⁊ dñs dixit diſcipulꝭ: Venit hora vt oīs q̄ interficit vos arbitreꝰ obſequiū ſe ꝓſtare deo: Ioh.xvj.a. g Intexui funibꝰ lectulū meū. i. ꝓceptꝭ diuinis m̄ ⁊ ꝯſentiētibꝰ m̄ ſtratū ſalubre paui: ſȝ ipſe miſer hiſ funibꝰ ſibi ⁊ ſuiſ ſeq̄cibꝰ locū ꝑditiōiſ parat: vbi ligatꝭ māibꝰ ⁊ pedibꝰ ꝓijciaꝰ in tenebras exteriores: Mat.xxv.c. h In tapetibꝰ pictꝭ ex egypto/ itelligiꝰ ornatꝰ eloq̄ntię et ꝯſutia artꝭ dialecticę: q̄ decipit hereticꝰ ſimplices: q̄ recte ex egypto dicūꝰ: q2 ad merorē ⁊ ꝯfuſionē ducūt. i Aſperſi cubile meū myrrha ⁊ aloe ⁊ cinnamomo. i. odore ꝟtutū: q̄s fingit ſe hr̄e hereticꝰ. Vel ꝑ myrrhā ⁊ aloe ſignificanꝰ opa pnię q̄ habēt heretici exterꝰ. Per cinnamomū itelligiꝰ hūilitas quā ꝓmittūt. k Veni inebriemur vberibꝰ. i. dulcedīe doctrię vtriuſq; teſtamēti. l Et fruamur cupitis amplexibꝰ

Marginal notes: B — Al. iuuenē — Myſtice — C — Al. debui — Al. lectū — Al. cupidis — Myſtice

a amplexib⁹ donec illuceſcat b dies. Non ē enī vir ī domo c ſua: d e abijt via lōgiſſima: ſac f culū pecunie ſecū tulit: ī die g plene lune reuerſurus eſt in domū ſuam: Irretiuit cum b multis ſermonibus: et blanditijs labiorum protraxit il i lum. Statim eam ſequitur k quaſi bos ductus ad victi l mam: et quaſi agnus laſciui m ens / et ignorans q ad vin n cula ſtultus trahat: donec o traſfigat ſagitta iecur eius. p Velut ſi auis feſtinet ad la q queum: et neſcit quia de pe r riculo anime illius agitur. s t Nunc ergo fili audi me: z at v tende †verbis oris mei. Ne x abſtrahat ī vijs illi⁹ mēs tua: y neq decipiaris ſemitis eius. z Multos enī vulneratos de a iecit: z fortiſſimi queq interfec b ti ſūt ab ea. Vie inferi dom⁹ c eius: penetrantes† interiora d mortis.

Ca. VIII

Nunquid non ſapien c tia clamitat: et prudē f tia dat vocē ſuā: In g ſummis excelſiſq verticib⁹

B

tis vel cupidis: alia lra: a Amplexibus / tota nocte. b Donec illuceſcat dies / craſtina / ad litterā. Vel dies mortis vel iudicij: quia tunc ceſſabit omnis carnalis voluptas: et incipiet tormentum eorum: et ſecure potes venire. c Non eſt eīm vir / vel marit⁹ me⁹: d In domo ſua: nec etiam timeas eius ſuperuentionē: Quia / e Abijt via longiſſima: qd etiam inde patet: quia / f Sacculum pecunie ſecum tulit / vnde ſuſtentetur. g In die plene lune reuerſurus eſt in domum ſuam: id eſt finito menſe reuertetur. h Irretiuit eum multis ſermonibus: et blanditijs labiorum protraxit illū: que ſunt rete diaboli. ī. xxix. a. Qui blandis fictiſq ſermonibus loquitur amico ſuo: rete expādit greſſibus eius. i Statim eā ſequitur / captus / q̄ſi bos duct⁹ ad victimaz. i. ad interitū eternū. l Et q̄ſi agnus laſciuiēs z ignorās q ad vincula ſtult⁹ trahat: id ē ī interitū eternū. Laſciuiēs dico: n Donec traſfigat ſagitta. i. acuta ſententia iudicis: o Iecur eius: vbi eſt ſedes amoris. Oſee. xiij. c. Dirumpam interiora iecoris eorum. Sequitur inquā: p Velut ſi auis feſtinet ad laqueum / trahente eum voluptate: ita etiam q̄ ꝑueniat temptationes: qd grauiſſimū peccatum eſt. Hiere. iij. a. In vijs ſedebas expectans eos quaſi latro ī ſolitudine z polluiſti terram in fornicationibus. Thren. j. b. Paruuli eorū ducti ſunt in captiuitatē ante faciē tribulātis. q Et neſcit: id eſt neſcire cōtemnit vl' ſe neſcire diſſimulat. r Quia de periculo anime illius / nō ſolum corporis: s Agitur / inter ipſum z ipſam: et diabolus eſt mango ꝓcuraſ. t Nūc ergo fili audi me / vt predicta poſſis euadere. v Et attende verbis oris mei: id attente ſuſcipe aure cordis. x Ne abſtrahatur in vijs illius mens tua. q. d. non ſolum non videas: ſed etiam videndi occaſionem ſubtrahas tibi. y Neq decipiaris ſemitis eius: id eſt promiſſis z blanditijs quibus quaſi quodā malo compedio itur in infernum. z Multos enim vulneratos / per malam concupiſcentiam: a Deiecit / per operis expletionē. q. d. exemplo aliorum diſce fugere mulierez: quia que preualuit fortibus multis / preualebit tibi vni debili. Et hoc eſt qd ſequitur: b Et fortiſſimi quiqz interfecti ſūt ab ea / ſpiritualiter. Sicut dauid. ij. Reg. xj. a. qui erat manſuetiſſim⁹. Sanſon: Iudic. xiiij. a. et. xvj. a. qui erat fortiſſim⁹. Salomon. iij. Reg. xj. a. qui fuit ſapientiſſimus. c Vie inferi domus eius: id vie ducentes ad domū illius: ducunt ad infernum vel ad peccatum inſatiabile. d Penetrantes interiora mort[is] / vel īferiora: id ē vſq ad mortem anime vel gehenne. Sup. v. a. Pedes eius deſcendunt in mortem: z greſſus eius ad inferos ꝑueniūt.

Myſtice ⁂ cupitis amplexibus: id eſt familiaritate mutua / que ab alijs cupitur. Ita dicit hereticus ei quem decipit. b Donec illuceſcat dies / eternus nobis ſcz. c Non eſt enim vir: id eſt chriſtus: d In domo ſua: id eſt in eccleſia corporaliter z viſibiliter. e Abijt via longiſſima: quia aſcendit in celum: qd longe eſt a peccatorib⁹: ſicut

Ps. 118. dicit Ps. Longe a peccatoribus ſalus. Luc. xix. b. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum z reuerti. f Sacculum pecunie ſecum tulit: id eſt corpus in paſſione conſciſſum: vt theſaurum redemptionis nobis effunderet: in quo ſūt omnes theſauri ſapiētie z ſciētie abſcōditi: in quo plenitudo diuinitatis corporalit' inhabitat: Col. ij. a. g In die plene lune reuerſus eſt in domum ſuam: id eſt in die iudicij: quando plena erit eccleſia in filijs ſuis: ſcḋm q dī Apoc. vj. c. Vidi ſubt⁹ altare aīas interfectorū / dicētes: Vſqquo dn̄e ſanct⁹ z ver⁹ nō iudicas z nō vindicas ſanguinē nr̄m: Et dictū eſt illis / vt requieſcerent adhuc tempus modicum donec cōpleantur conſerui eorum et fratres eorum. h Irretiuit eum ſermonibus multis: et blanditijs labiorum protraxit illum: id eſt ꝓcul traxit a rectitudīe fidei. i Statim eam ſequit / via erroris. k Quaſi bos ductus ad victimam: id eſt ſtult⁹ ad mortē eternam. m Et ignorans q ad vincula ſtultus trahatur: id ē funib⁹ peccatorū ad infernū. n Donec tranſfigat ſagitta: id eſt iudicis ſentētia. o Iecur ei⁹: id eſt interiora eius oīa. Sed iecur nomiat: q2 ibi eſt ſedes amoris.

Al. t verba

Al. t inferiora

A

Nunquid non ſapiētia zc. Expoſitio Capi. VIII

Hoc capitulum reſpōdet per t antitheſim ꝓcedenti. In illo enim actum eſt de muliere fornicaria iuuenē ſeducente: ī hoc agitur de celeſti ſapientia clamante in ſummis excelſiſq virtutibus: in prophetis z apoſtolis / z reuocante a via mulieris fornicarie. Diuiditur autem hoc capitulum in quattuor partes. In prima oſtēdit vbi clamat ſapientia: quia in ſummis virtutibus. In ſecunda quibus ſiue ad quos: quia viris et ad filios hominū: ibi: O viri ad vos zc. In tertia oſtendit de quibus loquitur: quia de magnis rebus: ibi: Audite quoniam zc. In quarta oſtendit q audiri debet: quia omnes ſermones eius iuſti ſunt: et quia ipſa ſapientia melior eſt cunctis opibus: Et multas alias rationes ponit in littera quare audienda ſit: ibi: Iuſti ſunt zc. Et quaſi aliquis quereret: quomodo predicta mulier precaueri poſſet: Reſpondet ſalomon / q bene et facili: Quia / e Nunquid non ſapientia: id eſt chriſtus: f Clamitat: id eſt frequenter clamat. q. d. ſic: docēs cauere predictam meretricem. Ioh. vij. f. In nouiſſimo die magno feſtiuitatis ſtabat ieſus z clamabat / dicens: Si quis ſitit: veniat ad me z bibat. Secundo clamauit in ſuſcitatione lazari. Ioh. xj. f. Hec cum dixiſſet ieſus: voce magna clamauit: Lazare veni foras. Tertio clamauit ī cruce. Mat. xxvj. f. Et circa horam nonam exclamauit voce magna dicens: Heli heli lamma azabtani. Quarto appropinquante morte. Luc. xxiij. f. Clamans ieſus voce magna / ait: Pater in manus tuas cōmendo ſpiritum meum. Clamat etiam per creaturas / per ſcripturas / per predicatores / per inſpiratiōes / per bn̄ficia inceſſanter. Et ideo dicit: Clamitat. g Et prudentia dat / gratis / vocem ſuam / non alienam. Chriſtus dicitur ſapientia / cum inſtruit de diuinis: prudentia cum inſtruit de humanis. Vel ſapientia dicitur: cum docet fidem: prudentia cū informat de moribus. h In ſummis excelſiſqz verticibus: ad litteram: quia vtrunq teſtamentum datum eſt in monte. Vetus / in monte ſinai. Exo. xx. a. Nouū / in mōte thabor: Matth. xvij. a. Vel / In ſummis excelſiſqz verticibus: id eſt in prophetis z ap̄lis: q ſummi z excelſi fuerunt vita z intelligentia. Vel / In ſūmis excelſiſqz verticib⁹ dat vocē ſuam: id eſt in aperto z in publico. Matth. x. c. Qd in aure auditis / ꝑdicate ſup tecta.

Al. tantu phaſum

Multis modis clamat domin[us]

Supra viam quaſi

a ¶Supra viam / quaſi preſto his qui in via mandato/ rum ambulant. Unde Luc. xviij. g. dicitur / ꝙ in via ſtãs ſa/ nauit cecum: ſic: Stans autem ieſus iuſſit eum adduci ad ſe. b ¶In medijs ſemitis .i. in ſtratis publicis: ad litterã. Ut in ſemitꝭ ꝯſilioꝝ ꝓ diuerſitate audiẽtiũ ſtãs inſtruẽs eos pa/ ratos eſſe ad pugnã. Unde ꝛ beat⁹ ſtephanus in agone poſitus vidit ieſum ſtantem: Act. vij. g. c ¶Iuxta portas ciuitatꝭ. Ad litteram: in naim in porta mortuũ ſuſcitauit: Luc. vij. c. d ¶In ipſis foribus loquitur: id eſt in ipſa porta vbi omnes ꝯueniebant / ibi dñs predicauit: In hocipſo inſtruens nos: ꝛ confundens hereticos: qui in occultis ꝛ in obſcuris locis predicant. Uel

a Supra viam in medijs ſe/
b mitis ſtans / iuxta portas ci/
c uitatis / in ipſis foribus loq/
d tur: dicens: O viri ad vos
e clamito: et vox mea ad filios
f hominũ: Intelligite paruuli
g aſtutiã: et inſipientes ãiad/
h uertite. Audite quoniã de
i reb⁹ magnis locutura ſum:
k et aperientur labia mea vt
l recta predicent. Ueritatẽ me/
m ditabit guttur meum: et la/
n bia mea deteſtabunt impiũ.
o Iuſti ſunt omnes ſermones
p mei: non eſt in eis prauũ qd
q nec peruerſum. Recti ſunt
r intelligẽtibus: et equi inue/
s nientibus ſcientiam. Acci/
t pite diſciplinam meã et non
v pecuniã: doctrinã magis ꝗ̃
x theſaurum eligite. Melior eſt
y eni ſapia cũctꝭ opib⁹ p̃cioſiſ/
z ſimis: et omne deſiderabile
a ei nõ pot cõparari. Ego ſapia

Myſtice — myſtice porta ciuitatꝭ eſt doctrina apoſtoloꝝ. Unde Apoc. xxj. f. Et duodecim porte / duodecim margarite ſunt p ſingu/ las: ꝛ ſingule porte erant ex ſingulꝭ margaritis. Fores porte ſũt miores p̄dicatores vel doctores: q nob claudũt ꝛ aperiũt doctrinã apłoꝝ. Uel fores ſunt intellect⁹ ꝛ affect⁹: porte doctor qlibet. His foribus aſſidet ſapiẽtia: aſſidet enim veritas intellectui: bonitas affectui. Sap. vj. c. Qui de nocte vigila/ uerit ad eam non laborabit: aſſidentẽ enim forib⁹ ſuis inueni/

Moraliter — et illam. Moraliter. Sapientia in via loquitur actiuis vt ad ſe veniãt pſeuerãdo. Mat. xj. d. Uenite ad me oẽs q labora/ tis ꝛ onerati eſtꝭ et ego reficiã vos. b ¶In medijs ſemitꝭ loquitur / ne a ſe recedãt. Ioh. xv. a. Si manſeritꝭ in me ꝛ ver ba mea in vobis mãſerint: qðcunq̃ volueritꝭ petetꝭ ꝛ fiet vo/ bis. Et poſt. b. Manete i dilectione mea. In forib⁹ porte lo/ quitur prelatꝭ / vt recte iudicent ꝛ diligant iuſticiã. Sap. j. a.

Ps. 57. — Diligite iuſticiam qui iudicatis terrã. Ps. Recte iudicate fi lij hoim. e ¶Dicẽs / O viri. Attẽtos facit. Et eſt h̃ ſcda ps capituli. f ¶Ad vos / non ad feminas: q̃s pharao vult ſer uari marib⁹ ſubmerſis: Exo. j. d. Quia ſermo ieſu nõ capit in talibus: Ioh. viij. e. Item / ad vos / non ad pueros: qui nõ habent virilem dimenſionẽ: hoc eſt longitudinẽ longanimita tis / latitudinẽ charitatis / ſpiſſitudinẽ humilitatis. Item / ad vos / non ad paruulos: quia ad magna inuitat: vt patet p ſe/ quentia. g ¶Clamito: id multipliciter clamo: vt dictũ eſt. ſ. eodẽ: p creaturas / p ſcripturas / p p̄dicatores / per inſpiratio/ nes / per ſemetipſum / per angelos / per beneficia / per flagella: et tñ pauci adhuc audiũt illum. Unde. ſ. j. c. Uocaui ꝛ renui/ ſtis. Et Matth. xxij. a. Simile eſt regnum celoꝝ homini re/ gi qui fecit nuptias filio ſuo: et miſit ſeruos ſuos vocare inui/ tatos ad nuptias ꝛ nolebant venire. h ¶Et vox mea ad

Ps. 35. — filios hominũ: non ad iumẽta: et tñ hoies ꝛ iumẽta ſaluab dñe: queadmodũ multiplicaſti miſericordiã tuam de⁹. Que ſit illa vox ſubiungit: i ¶Intelligite .i. interius percipite: k ¶Paruuli / malicia. j. Cor. xiiij. d. Malicia paruuli eſto/ te. Uel / paruuli .i. hũiles: qꝛ talib⁹ dñs reuelat ſecreta ſua. Mat. xviij. a. Niſi ꝯuerſi fueritꝭ ꝛ efficiami ſic paruuli: non intrabitis in regnũ celoꝝ. Itẽ Luc. x. d. Cõfiteor tibi dñe pꝛ celi ꝛ terre: qꝛ abſcõdiſti h̃ a ſapiẽtib⁹ ꝛ prudẽtib⁹ / ꝛ reuela ſti ea paruulꝭ. l ¶Aſtutiã: q̃ ẽ cautela vitãdi mala. Hec eni facit de paruulꝭ magnos. m ¶Et inſipiẽtes: qb⁹ nõ ſapi/ unt ſpũalia. Uel inſipiẽtes reputatiõe ſua vel mundi: Tales eni vertũt animũ ſuũ ad bonũ. n ¶Aiaduertite .i. animũ ad v̾ba mea q̃ſi os ad cibũ: q̃ſi oculos ad lucernã v̾tite. Uel aiaduertite .i. v̾ba mea ad animũ v̾tite: nõ tñ ad aures corporis ſ etiã ad intellectũ p attẽtionẽ: ꝛ ad affectũ p amorẽ: et ad manũ p operationẽ: et tũc demum ad os per p̄dicationem. o ¶Audite q̃m de reb⁹ magnis locutura ſũ. Tertia

pars capituli eſt. Promiſit eni regnũ celoꝝ: et dedit fidẽ tri/ nitatꝭ: docuit exẽpla bñ viuẽdi ꝛ documẽta dedit: Hec mag/ na ſũt q ad p̄ciũ et vtilitatẽ. p ¶Et aperientur labia mea / ad litterã. Mat. v. a. Et aperiẽs / os ſuũ docebat eos ꝛc. Uel Labia dñi ſũt duo teſtamẽta: q fuerũt clauſa vſq̃ ad aduẽtũ dñi: Sed tunc fuerũt aperta. Unde qð ꝓphete futurum dixe/ rant / qð lex ſub figurꝭ clauſũ tenebat: iohãnes digito demõſtra/ uit. Et ideo dꝛ Mat. xj. b. Omnes prophete ꝛ lex vſq̃ ad iohannem prophetauerũt. Labia ſapientie ſunt apoſtoli / doctores / expoſitores / predicatores: qui debent aperiri: id eſt aperte loqui: q ¶Ut recta p̄dicent: id eſt mãdata / conſilia / virtutes: que

B Ar. theſaurũ ſ. 3. b.

faciunt hominem rectum. r ¶Ueritatem meditabitur guttur meũ: id eſt ex p̄meditatione loquetur. Et attribuit gutturi qð eſt cordis / propter concordiã cordis ꝛ oris. Simi

le in Ps. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã. Iuſti eni habent os i Ps. 36.

corde: quia nihil loquunt niſi premeditatum. Ecõuerſo ſtul/ ti habent cor i ore: qꝛ ſine diſcretione aliqua loquunt. Eccl. xxj. d. In ore fatuorum cor eoꝝ: et in corde ſapientiũ os illo/ rum. s ¶Et labia mea. Expone / vt. ſ. t ¶Deteſtabũ/ tur impium: id eſt diabolum ꝛ mẽbra eius. Eſa. xj. a. Spi/ ritu labiorum ſuorum interficiet impiũ. ij. Theſſal. ij. b. Tũc reuelabit ille iniquus quem dñs ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Uel deteſtatur impium: id eſt deteſtandã eſſe impietatem oſtendent. Sequitur quarta pars capituli. v ¶Iuſti ſunt omnes ſermones mei: qꝛ ad iuſticiã informat. x ¶Nõ eſt in eis prauũ quid / contra fidẽ. y ¶Nec pu̾erſum contra mores. Prauitas eni ad intellectum: peruerſitas ad affectum referenda eſt. Unde exponẽdo ſubiũgit: z ¶Re/ cti ſunt intelligentib⁹: non omnibus. a ¶Et equi in/ uenientib⁹ ſcientiam: id eſt inuenire deſiderantib⁹. Alijs vero ſunt iniqui. ij. Cor. ij. d. Chriſti bonus odor ſum⁹ deo in his qui ſalui fiunt / et in his qui pereunt: alijs quidem odor mortꝭ in mortẽ: alijs aũt odor vite i vitã. Et cum tales ſint ſermões mei: Ergo: b ¶Accipite: id eſt ad vos capite: nõ ſolum alijs / ne ſitis tñ canalis / ſed primo concha. c ¶Diſ/ ciplinã meã / q mores iformat ꝛ vitia deſtruit. d ¶Et nõ pecuniam: quia dñs nõ habuit pecuniã. Ioh. xiiij. d. Ue/ nit princeps mundi huius ꝛ in me non habet quicq̃. Nec etiam ſucceſſor dñi habuit pecuniã. Act. iij. a. Argentum et aurum non eſt mihi. Beatus Bern. Si aurum habuiſſet / clau/ ſum non erexiſſet. e ¶Doctrinam: que docet bene vi/ uere. f ¶Magis: id eſt potius. g ¶Ꝙ theſaurũ eli/ gite: quia nemo poteſt duobus dñis ſeruire: id eſt deo ꝛ mã mone: Mat. vj. c. h ¶Melior eſt eni ſapiẽtia cunctis opibus precioſiſſimis / mundi. Nam omnes diuitie no/ biles iueniunt in ea. Unde Eccl. xxiiij. c. In me gratia om/ nis vite ꝛ veritatis: in me omnis ſpes vite ꝛ virtutis. Item melior eſt: quia vitam tribuit poſſeſſori ſui: qð non facit pecu/ nia. Eccs. vij. b. Melior eſt ſapientia cum diuitijs: et magis prodeſt videntibus ſolem: Sicut eni ꝓtegit ſapientia: ſic ꝓ/ tegit pecunia: h̃ aũt pl⁹ habet eruditio ꝛ ſapia / ꝙ vitam tribu/ unt poſſeſſori ſuo. i ¶Et omne deſiderabile: qð decet / vt honores: qð expedit vt diuitie: qð delectat / vt voluptas. k ¶Ei non poteſt comparari: id eſt equiparari: quia illa eterna eſt: hec vero tranſitoria. Iob. xxviij. c. Non dabitur aurum obrizum pro ea: nec appendetur argentum in cõmuta/ tione eius ꝛc. l ¶Ego ſapientia habito in conſilio .i.

in his qui libenter acquieſcũt conſilijs bonoꝝ. Uñ iob habi/ Iob. 1. a.

 tauit in terra hus

a habito in conſilio: et ēruditꝫ
b intērſum cogitationibꝰ. Ti/
c mōꝛ dn̄i ōdit malū: Arrō/
d e f gantiam ⁊ ſuperbiā/ ⁊ viām
g h prauā: et ōs bilingue dēte/
i k ſtoꝛ. Mēum eſt conſilium ⁊
l m ęquitas. Mēa eſt pruden/
n tia: mea † foꝛtitudo. Pēr
o me reges regnant: et lēgum
conditoꝛes iuſta decernūt.
p Pēr me pꝛincipes impe/
rant: et potentes decernunt
q iuſticiam. Egō diligētes me
r s diligo: ēt q̄ mane † vigilāue/
t rint ad me inuēnient me.
v Mēcum ſunt diuitię ⁊ glo/
x y ria: ōpes ſupbę ēt iuſticia.
z Mēlioꝛ eſt fructus meus

rauit in terra hus: qḋ interpꝛetaꝛ cōſiliū. Vel/ In conſilio
id eſt in illis qui nihil agunt ſine conſilio. Unde Eccl̄i. xxxij.
d. Fili ſine cōſilio nihil facias: ⁊ poſt factum non pęnitebis.
Item in eodē. Uir cōſilij nō diſperdet intelligētiā. a Et
eruditis: id eſt diſcretꝫ. b Interſum cogitationibꝰ:
diſponens ⁊ dirigens
eas. A ſtultꝭ vero et in/
oꝛdinatꝫ cogitatiōibꝰ
fugit ſapia. Un̄ Sap.
i. b. Spiritus enī ſan/
ctus diſciplinę effugi/
et fictum/ ⁊ aufert ſe a
cogitationibꝰ quę ſūt
ſine itellectu. c Ti
moꝛ dn̄i. i. quo time
Ar. teſt tur dn̄s vt pater/ non
mundus. d Odit
malum. i. fugat q̄ſi
medicina noxiuȝ ſan/
Ps. 38. guinem. Eccl̄i. i. c. Timoꝛ dn̄i expellit pctm̄. Vel/ odit: id ē
incendit igne iugis meditationis pęnarū infernaliū. Ps. In
meditatiōe mea exardeſcet ignis. e Arrogantiā/ q̄ ſe oī/
bus alijs pꝛefert: vel qḋ non habet/ falſo ſibi arrogat: vel qḋ
habet ſibi. i. ſuis meritꝫ aſcribit/ vel habere dicit: f Et ſu
perbiam: q̄ quaſi de bonis habitꝫ extolliꝛ. g Et viam
prauam/ eoꝝ qui aperte mala faciunt/ vel nimis aſpere ali/
os coꝛrigūt. h Et os bilingue. i. duplicitatē/ i De/
teſtoꝛ/ quaſi excōmunicata/ quaſi a cōmuniōe ſanctoꝝ ſepa/
Sapiētia deteſtatur ſupbiaȝ ꝑpter ſex eius abuſiones rata. Superbiam vero ſpecialiter deteſtaꝛ ſapia: ꝑpter ſex ab/
uſiones eius. Pꝛima eſt: quia cū ſit quid vacuū ⁊ nihilū/ oīa
vult replere ſeipſa: ⁊ nullo modo patiꝛ ſe impleri: quia tumoꝛ
infuſa repellit. Hoc autem eſt cōtra naturā: omne enī vacuū
naturaliꝛ trahit ad ſe vnde impleaꝛ. Scḋa abuſio ē: qꝛ pleni/
tudini ſe infundit. Cęlum enī ⁊ terra plena ſūt gloꝛia dn̄i. Un
de: Uiuo ego dicit dn̄s: quia implebiꝛ oīs terra gloꝛia mea.
Et Hiere. xxiij. c. Cęlū ⁊ terrā ego impleo dicit dn̄s. Tertia
abuſio eſt: quia etiaȝ pacem ſecum non habet: Superbia enī
om̄e aliud vitiū patiꝛ ꝑter q̄ ſe. Quarta eſt: qꝛ de pōdere ꝑ/
pꝛio aſcendere ꝯtendit. Eſt enī ſuperbia pondus: qḋ eſt initi/
um om̄is peccati: Eccl̄i. x. b. Quinta eſt: qꝛ oībuſ vitijs vult
cooperiri ne appareat. Sexta eſt: quia cum ſuo ꝯtrario. i. cū
humilitate pacē habet: qḋ in nullo ꝯrietatis genere inueniꝛ.
Deteſtaꝛ aūt os bilingue/ quaſi monſtꝝ. Quid eñ mōſtruo/
ſius q̄ habere duo oꝛa/ vel duas linguas? Tales ſūt dupli/
ces ⁊ loquaces: qui partim iudaice/ partim aꝫotice loquunꝛ:
vt diciꝛ Neemię. xiij. d. i. modo ſęculariꝛ/ modo ſpūaliꝛ/ mo/
do detrahūt/ modo adulāꝛ: venenū ſimul ⁊ mel habētes ſub
lingua. Un̄ iſti ꝓpꝛie ſūt apl̄i diaboli: Un̄ pōt dici de ipſis:
Loq̄banꝛ varijs linguis pſeudo apoſtoli magnalia diaboli.
Graue ē h̄ pctm̄ ⁊ valde deteſtabile. Un̄ Eccl̄i. v. d. Sup furē
ꝯfuſio ⁊ pęnitētia: ⁊ denotatio peſſima ſup bilinguē. Vel ar/
rogantiā ⁊ ſupbiā dicit ſalomon pctm̄ cogitatiōis: viā/ pctm̄
opis: os bilingue/ peccatū locutiōis. Cōtinua: Dico ꝙ in cō
ſilijs habito: qꝛ k Meū eſt cōſiliū: Un̄ ad eā recur/
rēdū eſt in oī negocio/ nō ad hoīes. Eſa. viij. d. Cū dixerint
ad vos q̄rite a phytonibꝰ ⁊ diuinis: nunq̄d nō ppl̄s req̄ret a
deo ſuo viſionē ꝓ viuis ⁊ moꝛtuis: ad legē magis ⁊ ad teſti/
moniū recurrēs? l Et ęq̄tas/ ſupple mea eſt. m Mea
eſt prudētia: mea foꝛtitudo. Quattuoꝛ dicit eſſe ſua. ſ.
cōſiliū/ ęq̄tatē/ prudentiā/ foꝛtitudinē: q̄bꝰ reſpōdēt q̄ttuoꝛ q̄
ſequūꝛ. n Per me reges regnāt: Hoc ad cōſiliū. Re/
ges diꝛ apl̄os/ doctoꝛes/ ꝓlatos/ et alios: q̄ ſe ⁊ alios ⁊ regnū
eccl̄ię ſibi ſubditū bn̄ ⁊ cōſulte regere nouerūt. o Et legū
conditoꝛes iuſta decernūt: Hoc ad ęq̄tatē legū. Con/
ditoꝛes dicit expoſitoꝛes vtriuſq̄ teſtamēti. p Per me
pꝛincipes imperant: ⁊ potentes decernūt iuſticiā/
ſubditis: Hoc ad foꝛtitudinē. Foꝛtes dicit p̄ceptoꝛes et re/
ctoꝛes fideliū: quia oēs a ſapia habēt quicquid poſſūt. Un/
de ipſa dicit. Joh. xv. a. Sine me non poteritis facere q̄cq̄.
Roma. xiij. a. Non eſt poteſtas niſi a deo. Et nota ꝙ duo
iſtoꝝ quattuoꝛ pertinent ad intellectū/ duo ad affectum: et
duo regūt alia duo. Conſiliū enī regit foꝛtitudinē/ ne ſit pꝛę/
ceps: Unde ſub vno ſpiritu ꝯiūgunꝛ/ Eſa. xi. a. Spiritus in/
quit conſilij ⁊ foꝛtitudinis. Item prudētia regit ęquitatem/
ne ſit ꝓdiga vel auara: Unde ſub vno ſpiritu ponunꝛ ſcien/
tia ⁊ pietas/ quę ē ęq̄/
tatis. Spiritus inq̄t
ſcientię ⁊ pietatꝫ. De
his quattuoꝛ dicitur
Sap. viij. b. Sobꝛie/
tatē et prudentiā do/
cet ſapientia et iuſti/ Ar. tvigila
ciam ⁊ virtutem: qui/
bus nihil eſt vtilius ī
hac vita hoībus. Hę
ſunt quattuoꝛ rotę q̄/
drigarum aminadab:
de quibꝰ diciꝛ Cantꝫ.
vj. d. Anima mea cō/
turbauit me ꝑpter quadrigas aminadab. Et quia talis ſū/ di
ligere me debetis: Quia/ q Ego diligentes me dili/
go. Joh. xiiij. c. Qui diligit me: diligeꝛ a patre meo: ⁊ ego di
ligā illū ⁊ manifeſtabo ei meipſū. Ex hac duplici auctate vi/
detur ꝙ nos pꝛimo diligamus deum: poſtea et ꝓpterea ip/
ſe nos. Sed cōtra. i. Joh. iiij. b. In hoc eſt charitas dei: nō
q̄ſi nos dilexerimꝰ eū: ſed qm̄ ipſe ꝑoꝛ dilexit nos. Sol. Du/ De dilectione dei et eiꝰ effectibus
plex eſt dilectio dei. Eterna ⁊ tempalis: ſiue dilectio p̄deſti/
nationis ⁊ iuſtificatiōnis. Pꝛima/ dilexit nos ab ęterno. Et
de illa dicitur Malach. i. a. Jacob dilexi/ eſau autē odio ha/
bui. Secūda diligit nos ex tempe. Et huius dilectiōis multi
plex eſt effectus. Unus infuſio gratię. Secūdus gratię ꝯſer
uatio. Tertius gratię augmētatio. Quartus gratię ꝯſumma
tio: qḋ erit in gloꝛia. De pma dilectione nō poteſt dici: quia
diligimus deum: ideo ipſe diligit nos: ſed potius econuerſo.
Item de ſecūda quo ad pꝛimū effectū non poteſt dici: quia
nos diligimus deum: ideo dilexit nos: ſed potius ecōuerſo.
Et de illa loquiꝛ iohannes in pꝛędicta auctoꝛitate. Quo ad
alios effectꝰ ſecūdę dilectiōis vere poteſt dici: quia diligimꝰ
deum/ ideo diligit nos. Et de hac poteſt intelligi qḋ h̄ diciꝛ/
et i Joh. xiiij. r Et q̄ mane/ gratię/ fugata nocte peccati:
Vel/ Mane. i. in iuuentute: s Uigilauerint ad me:
id eſt ꝑpter me habendū. t Inuenient me/ aſſiſtentē fo/
ribus ſuis: vt dicitur Sap. vj. c. Et pulſantē ad oſtiū: vt dici
tur Apocꝫ. iij. d. Circūeuntem ⁊ quęrentē dignos ſe: vt dici/
tur Sap. vj. c. Maxima igitur ꝑditio eſt ⁊ infidelitas/ non
diligere ſapientiam quę ſic diligit nos ⁊ quęrit ⁊ pulſat ⁊ cir/
cūit et etiā pꝛęuenit. Unde Apocꝫ. xxij. c. Ego ſū alpha ⁊ ω
pꝛimus ⁊ nouiſſimꝰ. Pꝛimus ī amādo: nouiſſimꝰ in diſceſſu.
Unde beatus Bern̄. Benignꝰ ieſus venietibus ad ſe totus
pꝛęobuiat et p̄currit/ ⁊ totꝰ totos deoſculaꝛ. Sicut dꝛ Lucꝫ.
xv. d. de filio ꝓdigo redeūte ad patrē: Cū adhuc longe eſſet
vidit illum pater ipſius et miſericoꝛdia motus occurrens ce/
cidit ſuper collum eius ⁊ oſculatꝰ eſt eū. v Mecum ſūt
⁊c̄. q. d. ſi amoꝛ meus vos non mouet ad quęrendū ⁊ diligē
dū: ſaltē vos moueat cupiditas. Quia/ mecū ſunt diuitię
⁊ gloꝛia: id eſt diuitię gloꝛioſę. i. q̄ faciūt g̃lioſos. De quibꝰ
dicit apoſtolus Roma. xi. d. O altitudo diuitiarū ſapientię
et ſcientię dei. Hę ſunt ſpūales diuitię: tempoꝛales ſterco/
ra ſunt. Un̄ et iob/ ſup ſterq̄liniū ſedere referꝛ. x Opes Job. 2. c.
ſupbę. i. ſupeuntes/ non ima petentes. Eſa. lx. c. Ponam te
in ſuperbiam ſęculoꝝ. y Et iuſticia/ etiam mecū eſt/ ſine
qua cętera nihil valent. Ecce differētia inter diuitias tēpoꝛa/
les ⁊ ſpūales: quia tempales aut vix aut nunq̄ cū iuſticia et
ſine peccato acq̄runꝛ aut detinenꝛ. Un̄ Augꝰ. Om̄is diues
aut iniquꝰ aut hęres iniqui. Spirituales vero ⁊ cū iuſticia acq̄/
runꝛ ⁊ cum iuſticia poſſidenꝛ vel detinetur ⁊ cū iuſticia diſtri/
buuntur. z Melioꝛ eſt fructus meus: id eſt qui ex me
ꝓcedit. ē. iij. b. Pꝛimi et puriſſimi fructus eius. Qui autem
et quot et quales ſint fructus eius: dicitur Eccl̄i. xxiiij. per
totū. Ego inquit mater pulchꝛę dilectionis ⁊c̄. Vel fructus
ſapiētię eſt chꝛiſtꝰ et tota

ſapientię: id eſt chriſti/eſt tota eccleſia: Ipſe enī eſt granum
frumenti qḋ ſeminatū multum fructum fecit. ſ. totā ſegetē ec/
cleſię/ virtutes ⁊ dona: De quib⁹ Eccī. xxiiij. d. Rigabo hor
tū plantationū/et inebriabo partus mei fructum. Vel/ Fru/
ctus ſunt vita ęterna. Genimina eius ſunt virtutes gratui/

a ā auro ⁊ lapide precioſo: ⁊ gē/
b c nimina mea ārgento electo.
d In vijs iūſticię ambulo: in
e mēdio ſemitarum iudicij:
f vt ditēm diligentes me: et
g thēſauros eorum repleam.
h Dōminus poſſedit me ī ini/
i k tiò viarum ſuarum: āntequā
quicquā faceret a principio:
l m ab ęterno ōrdinata ſum: et
n o p ēx antiquis āntequā terra fiē/

tę. Virtutes vero natu/
rales ⁊ ſenſus natura/
lis nomine auri ⁊ ar/
gēti intelliguntur. Unde
bene dicit: Melior
eſt fructus meus:
id eſt vita ęterna: a
Auro ⁊ lapide p̄/
cioſo: id eſt virtutib⁹
naturalib⁹. Vel ad lit/
C Ps. 118. teram. Ps. Ideo di/
lexi mandata tua ſup
aurū ⁊ topacion. b
Et genimīa mea:
id eſt virtutes gratui/
tę ⁊ ſancta deſideria ⁊
opera bona: c Ar/
gento electo: id eſt ſenſu naturali vel venuſto eloquio.
d In vijs iuſticię ambulo: in medio ſemitarū iu/
dicij. Ad litterā chriſtus vias preceptorum ⁊ ſemitas conſi/
liorū ambulauit adimplēdo/⁊ docuit predicando. Eſa. ij. a.
Docebit nos vias ſuas ⁊ ambulabimus in ſemitis ei⁹. Hoc
eſt contra multos: qui alios docēt vias preceptorum ⁊ ſemitas
Ps. 106. conſiliorum: et ipſi ſemper ſunt in inuio ⁊ nō in via. Ps. Ef/
fuſa eſt contentio ſuper principes: et errare fecit eos in inuio
et nō in via: cū tm̄ angelus dixerit tobię: id eſt prelato: Frater
ſcis quēadmodū reliqſti patrē tuū: ſi placet itaqz tibi prece/
damus: ⁊ lento gradu ſequantur iter noſtrum familię: Tobię.
xj. a. Item Geñ. xlix. c. Gad accinct⁹ preliabitur ante eū. Tñ
aliqñ ſe debet prelat⁹ vel p̄dicator p compaſſionē alijs cōfor/
mare ꝓpter indiſcretos emulatores. Unde Geñ. xxxiij. c. di/
cit iacob ad eſau qui volebat vt ſecū graderetur: Noſti dñe
mi ꝙ paruulos habeaz teneros ⁊ oues ⁊ boues fętas mecū:
quas ſi plus ambulando fecero laborare/morientur vna die
cuncti greges: precedat dñs meus ante ſeruū ſuum: ⁊ ego ſe/
quar paulatim veſtigia ei⁹: ſicut videro poſſe paruulos me/
os. Chriſtus ergo ambulat in vijs iuſticię: vt ⁊ tu ambules
in eiſdem/ſi tm̄ vis ei occurrere. Sapiētię etiam donū ambu/
lat in vijs iuſticię: id ē ambulare docet: Et e In medio
ſemitaruz iudicij. i. diſcretionis. Vel ideo dicit/iudicij/
quia poteſtas iudicandi tm̄ debet dari illis qui ambulant in
ſemitis conſiliorū. f Ut ditem ⁊c. q. d. ideo habeo me/
cum diuitias: vt ditem diligentes me/ ſpiritualibus di/
uitijs: quę ſunt veri nominis. Diuitię vero temporales nō di
tant/ſed potius inquinant: nec delectant/ſed lacerant. Unde
Eccī. xxij. a. De ſtercore boū: id eſt predicatorū/lapidat⁹ eſt
piger. g Et theſauros eorū repleam: id eſt loca vbi
diuitię reponuntur: quę ſunt tres vires animę. Rationabilez
eñ replet dñs perfecta cognitione ſummę veritatis. Concu/
piſcibilem perfecta dilectione ſummę bonitatis. Iraſcibilem
perfecta gloria exaltationiſ. h Domin⁹ poſſedit me.
Dixerat ꝙ diligenda eſſet ſapientia/⁊ cauſas multas poſuit:
ad huc oſtendit alias. q. d. diligite me: qr diligenda ſū. Do/
minus/enim/poſſedit: id eſt genuit/me: Siue/me/filiū.
i In initio viarum ſuarum: id eſt creaturaruz p quas
hō venit ad cognitionez dei. Sed etiā ad noticiam trinitatis
per creaturas venimus: Magnitudo enim creaturarū nos
ducit ad potētiā: ordo ⁊ pulchritudo ad ſapiētiam: bonitas
et gubernatio ⁊ conſeruatio ad bonitatē. Dicitur aūt poſſideri
ſapientia in initio omnium creaturarum: id eſt ante omnem
creaturā. Vel/ In initio: id eſt quaſi initiū. Et vere initiū
omniū creaturarū: per ipſam enim quaſi per artem ſiue ex/
emplar ſiue ſigillum vniuerſalis conditoris facta ſunt omnia.
Unde totus mundus ſiue vniuerſitas creaturarum eſt quaſi
quidam liber extractus ab illo exemplari: vnde ⁊ ipſa dicitur

mundus archetypus. Omnem vero operationez extrinſecā
precedit interior preordinatio: q̄ nihil aliud eſt apud p̄mū
operatorem quā filij generatio apud patrem. Item ordo natu
rę hoc requirit ꝙ in operibus quę ex arte procedunt prius eſt
interius dicere faciam hoc/quā exterius operari: illud vero di

q ret. Nōndum erant abyſſi: ⁊
r s ēgo iam concepta erā. Nēc/
dū fontes aquarum erupe/
t v rant: nēcdum montes graui
x mole cōſtiterant. Antē col/
y z les ēgo parturiebar: ādhuc
a terram non fecerat: et flūmi/
b na ⁊ cārdines orbis terrę.
c d Qūando preparabat cęlōs
e f āderam: qūando certa lege
et gyro vallabat abyſſos.

cere apud deum pa/
trem eſt verbum gene
rare. Conceptio vero
ſapientię de qua po/
ſtea fit mentio/ nō eſt
niſi partus ſiue gene/
ratio ipſius: Sz dicitur
conceptio: qr nunquā
recedit a gremio pa/
tris: ſm ꝙ dicitur Joh.
j. b. Filius qui eſt in
ſinu patris ipſe enar/
rauit nobis. Item lu/
dus de quo. j. dicitur
non eſt aliud quā repre/
ſentatio omniū futu/
rorum ſeu faciendorū in
ipſa q̄ſi in ſpeculo ęterno. Dies vero nō eſt aliud quā tota ęterni/
tas: quę nihil habet de cōtrario. Vel dies itelliguntur eſſe cre/
aturarū diſtinctiones. Modo redeam⁹ ad litterā h Do
minus poſſedit me in initio viarum ſurum: id eſt pa
ter genuit me ante omnē creaturam/vel poſſidendā preuidit.
k Antequā quicquā faceret: id ē in eſſe ꝓduceret. Et hoc
dicit/ ne aliquis putaret in initio creaturarum vel ante filiuz
aliquādo incępiſſe eſſe: ſicut behemoth qui dicitur principiū
viarum domini: Job. xl. c. et tm̄ ipſe incępit eſſe. Et reuera
antequā quicquā faceret poſſedit me: quia/ l Ab ęterno: id
eſt ſine principio. m Ordinata ſum: id eſt genita ſum:
vt per me cuncta ordinarentur. Vel/ Ab ęterno ordinata
ſum: id ē a patre genita. Eccī. xxiiij. a. Ex ore altiſſimi pro/
dij. n Et ex antiqs: id eſt ante tempus. o Antequā
terra/ad litterā: vel materia q̄ttuor elementorū. Vel/ Ter/
ra: id eſt eccleſia. p Fieret: id eſt ꝓduceretur in eſſe. Non
enim facta eſt illa materia ſed creata. q Nondum erant
abyſſi. i. p̄mordialis materia vel q̄libet aquarum ꝓfūditates
vel profūda corda hominū vel duo teſtamēta. r Et ego
iam concepta eram: id eſt a patre genita ⁊ apud eū ma/
nens: vel p̄uiſa concipi tempaliter de virgine. Simile Apocal.
xiij. b. Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi: id eſt preui/
ſus occidi. s Necdū fontes aquarū eruperāt/ de
matrice terrę vel ꝓruperāt in eſſe. Vel/ Fontes aquarū:
id eſt fluenta gratiarum vel doctrinę. Zach. xiij. a. Erit fons
patens domui iſrael. t Necdū montes: id eſt ſuperbi
demones: v Graui mole conſtiterāt: id eſt grauitate
culpę demerſi fuerant. Vel ſic: t Necdū montes: id ē
apoſtoli. v Graui mole ꝯſtiterant. i. grauitate morū
informati fuerant. x Ante colles: id eſt antequā mino/
res inciperent: y Ego parturiebar: id eſt gignebar. Et
nota verbū meditatiuū/paſſiuū/et preteritū impfectū. Per
p̄teritū impfectū notatur ęterna filij ⁊ cōtinua generatio: qr fili⁹
ſemp a prē gignitur et gignetur et genit⁹ fuit. Per paſſiuū/nota/
tur exitus filij a patre. Per meditatiuū/notatur ꝙ incōprehē/
ſibilis ē illa generatio. Vñ Eſa. liij. c. Generationē eius quiſ Act. 8. f.
enarrabit: De his mōtib⁹ dicitur Johel. iij. d. Et erit ī die il/
la: ſtillabunt mōtes dulcedinem ⁊ colles fluent lacte. z Ad
huc terrā nō fecerat: ad lrām/vel eccleſiā. Eccs. j. a. Gene/
ratio p̄terit ⁊c. a Et flumia: ad lrāz. Vel/ Flumia gra/
rū ⁊ doctrinę: vel flumina baptiſmi ⁊ pnię. b Et cardies
orb terrę. i. q̄ttuor ptes mūdi: ad lrām: Vel aplos q̄bus fertur
tota eccleſia: vel q̄ttuor virtutes cardiales q̄b⁹ fertur ⁊ regitur to/
ta aīa rōnalis. c Qñ p̄parabat/i. diſpoſitiōe vel ornatu:
d Celos: ad lrāz: vel aplos. Job. xxvj. d. Spūs dñi orna/
uit cęlos. e Aderā. i. cū eo erā ſic ali⁹ apȯ aliū. Job. j. a
In p̄ncipio erat vbū ⁊c. f Qñ certa lege ⁊ gyro val
labat abyſſos. i. quando mare certo termino claudebat.
Job. xxxviij. a. Quis ꝯcluſit

Job. xxxviij.a. Quis concluſit oſtijs mare:q.d. ego ſolus. Hiere.v.c. Qui poſui arenam terminū maris. a Quando ethera firmabat ſurſum:id eſt cęlū empyreū vel firmamentum:cuius firmitas in hoc conſtat/q ſemper motum ſuum continuans/nunq̄ꝫ mutat locum/nec deſcendit nec diſſoluit:qd̄ eſſe nō poſ-
ſet in tanta machina
niſi diuina eſſet potē-
tia ſtabilitū. b Et
B libzabat fōtes aq-
Sap.11.d. rum: id eſt in nume-
ro/pondere/⁊ menſu-
ra eos conſtituens et
pꝛefigens eis termi-
Ps.103. num certū. Ps. Ter-
minū poſuiſti eis quē
non tranſgredient. c
Quando circun-
dabat mari termi-
num ſuum: Ad lit-
terā. Vel quando dę-
monū potentiaꝫ limi-
tabat: quantum tem-
ptare vel nocere poſ-

a Qñ ęthēra firmabat ſurſū:
b et libzābat fontes aquaruꝫ.
c Qūando circundabat mari
d terminū ſuum: et lēgem po-
nebat aquis ne tranſirent fi-
e nes ſuos. Qūando appen-
debat fundamenta terrę/cū
f ēo eram cuncta componēs.
g Et dēlectabar per ſingulos
h dies/ludens cōzam eo om-
ni tempoze: ludens in ozbe
i terrarum : et dēlitię meę eſſe
k cum filijs hominum. Nūnc

ſent hominibus: Non enī quantū volunt poſſunt: ſed quantum a deo permittunt. Vel per mare accipiunt impij:q̄ ſunt quaſi mare fremens/qd̄ quieſcere non poteſt:quoꝝ potentiam limitauit dñs quantum poſſint contra bonos. d Et legem ponebat aquis ne traſirent fines ſuos: Ad litteram. Vel aquis:id eſt cunctis populis : quia aquę multę populi multi: Apoc.xvij.d. Vel aquis legē ponere/eſt ſcripturis ſacris limites pꝛefigere: vt non ad libitum exponantur a quolibet: ſed ſm q ſancti determināt vel ſpirituſſanctus reuelat. e Quando appendebat fundamenta terrę: id quando ponebat terrā q̄ſi fundamentū alioꝝ elementoꝝ/ſuper nihili fundans eā. Terra em̄ in medio mūdi conſiſtit ſua ponderoſitate. Eſa.xl.c. Quis appendit trib⁹ digitis molē terrę/⁊ librauit in pōdere montes ⁊ colles in ſtathera: Vel/fundamenta terrę: id ē eccleſię/ſūt apoſtoli:q̄ in ſanguine ſuo fundauerūt eccleſiam. Ps. Fundamenta ei⁹ in montibus ſanctis. Apoc.xxj.d. Murus ciuitatis habēs fūdamēta duodecim: et in ipſis nomina duodecim apoſtoloꝝ. f Cum eo eram cuncta componēs: quia indiuiſa ſūt opera trinitatis. Pꝛepoſitio aūt/cum/hic notat identitatē eſſentię et diſtinctionem perſonarum: ſicut hęc pꝛepoſitio/in/ Joh.j.a. In pꝛincipio erat verbum: id eſt in patre filius vt idem et alius: quod autem filius facit omnia/hoc habet a patre/penes quem reſidet pꝛima auctoritas. g Et delectabar per ſingulos dies: id eſt ęternaliter gaudebam me eſſe vnū cuꝫ patre. Simile Michęę.v.a. Egreſſus ei⁹ ab initio a diebus ęternitatꝭ. Vel/Per ſingulos dies: id eſt per ſingulas operum diſtinctiones: h Cozam eo omni tempoze ludens in ozbe terrarum: id eſt gaudens in his quę fiebant: quę ideo fecit/vt eis glozia ſuam cōmunicaret. Vel/Ludens in ozbe terrarum: id eſt ludere faciens/hoīes ſcilicet de ozbe terrarū. Totus enim ozbis terrę eſt quaſi quidam ludus pilę: qui modo ab illo tenetur/modo ad illum pꝛoijcit: et aliquando diuiditur in partes: et ille vnam partem habet ⁊ alius aliaꝫ. Sic fit et de ozbe: Pꝛimo fuit monarchia apud aſſyrios: poſtea quaſi pila pꝛoiecta venit ad pſas ⁊ medos: poſtea ad gręcos/poſtea ad romanos: modo diuiſa eſt pila. Hoc eſt quod dicit Eſa.xxij.f. Quaſi pilam mittet te in terram latam et ſpacioſam: ibi mozieris. i Et delitię meę/ſunt ſupple/eſſe cum filijs hominum/per inhabitantem gratiam: quia deſiderat in amoze noſtro quieſcere: ⁊ nos bonis meritis ad ſe videndū perdūcere. Vel/Delitię meę/ſūt/eſſe cum filijs hominū/per naturę humanę participiū. De quibus delitijs homini cōmunicatis miratur Job.vij.d. Quid eſt homo: quia magni-
Ps.8. ficas eum: Ps. Quid eſt homo quod memoz es ei⁹: Deut.

x.c. Cum patrib⁹ ꝯglutinat⁹ eſt dñs ⁊ amauit eos: elegitq̄ꝫ ſemen eoꝝ poſt eos. Item.j.Reg.xviij.a. Anima ionathe conglutinata eſt animę dauid. Potius ſunt ei delitię eſſe cū filijs hominū q̄ꝫ cum angelis: qꝛ de his quę aucupio vel venatione capiunt fiunt delitię ciboꝝ/non de domeſticis: et
ipſe quideꝫ venatione
pdicationis et aucu-
pio crucis cępit homi-
nes. De qua venatiōe
dr̄ Geñ.xxvij.a. Su-
me arma tua ⁊ phare-
tram ⁊ arcū ⁊ egrede-
re foras: cumq̄ꝫ vena-
tu aliquid apprehēde-
ris/fac mihi inde pul-
mentū ſicut velle me
noſti. Nota filius dei † Qualit fili⁹ dei ſit cum filijs hoim
eſt ſup filios hominū:
creatione. Geñ.j.a.
Spūs dñi ferebat ſu-
per aquas. Itē cum
filijs hominū eſt in-
carnatiōe. Eſa.vij.c.
Ecce virgo ꝯcipiet et

l ergo filij audite me: Beati
qui cuſtodiunt vias meas.
m n Aūdite diſciplinam ēt eſto-
o te ſapiētes: et nōlite abijce-
p q re eam. Bēatus homo qūi
r audit me: et qūi vigilat ad
s fores meas quotidie: ēt ob-
ſeruat ad poſtes oſtij mei.
t Qūi me inuenerit/inueniet
v x vitam: et hāuriet ſalutem ā
y dño. Qūi aut ī me peccaue-
z a rit: lędēt aīam ſuā. Oīnēs q̄
me oderūt: diligūt mortem.

pariet filiū: ⁊ vocabit nomē eius emanuel: qd̄ interptat nobiſcū de⁹. Itē ſub filijs hominū obediētię ſubiectiōe. Luc.ij.g. Et erat ſubdit⁹ illis. Item ꝯtra filios hominū pctōrum punitiōe. Job.vij.d. Quare poſuiſti me ꝯtrariū tibi: Item eſt ꝓ filijs hominū in paſſiōe.j. Pet.ij.d. Chꝛiſtus paſſus ē ꝓ nobis. k Nūc ergo filij audite me.i. meā doctrinam ſuſcipite cozde/⁊ facite ope. Et bn̄ debetis audire: quia l Bti qui cuſtodiūt vias meas.i. miſcdiaꝫ ⁊ iudiciū. Miſericozdiā compaſſionis/⁊ iudiciū diſcretiōis. Ps. Mi- Ps.100.
ſericozdiā ⁊ iudiciū cātabo tibi dñe. Duas has vias reqrit a nobis dñs. Michęę.vj.c. Indicabo tibi hō qd̄ ſit bonū et quid dñs reqrat a te: vtiq̄ꝫ facere iudiciū ⁊ diligere miſcdiaꝫ. Vñ Hiere.ix.g. Ego dñs q̄ facio miſericozdiā ⁊ iudiciū: hęc mihi placēt. Per hęc enī placēt: p h̄ em̄ acqrit ſapia. Eccj.j d. Cōcupiſcēs ſapiētiā ꝯſerua iuſticiā: ⁊ de⁹ pbebit illā tibi. m Audite diſciplinā/verboꝝ: qua mores informant: ⁊ verberū/qua vitia repmunt. Eccj.xj.d. Malicia vni⁹ hozę obliuionē facit luxurię maximę. n Et/ſic/eſtote ſapientes.i. manete in ſapia. Simile Eſa.j.e. Lauami/ mundi eſtote.i. in mūdicia manete. o Et nolite abijcere eā.ſ. diſciplinā: qd̄ q̄ facit/ꝯtra animā ſuā facit.j.xv.d. Qui abijcit diſciplinā/deſpicit animā ſuā. Sꝫ diceret aliq̄ſ: quare vis te audiri: Jō: qꝛ/ p Btūs hō/nō ſpe/tandē re: q Qui audit me/auditu interiozi. Eccj.xxiiij.c. Qui audit me nō ꝯfundet r Et q̄ vigilat ad fores meas q̄tidie: q̄ ſūt duo teſtamēta/vl' doctores/vl' timoz ⁊ amoz. Vl' oſtiū/chꝛiſtus: ſm q homo: cui⁹ poſtes ſunt humanitas ⁊ diuinitas: vl' corp⁹ ⁊ aīa: vel pdicatores q̄ debent in ſe habere ſculpta cherubin ⁊ palmas: ſicut dicit.iij. Reg.vj.d. Vel oſtiū pōt dici coꝛ humanū: cui⁹ poſtes ſūt affect⁹ ⁊ intellect⁹. Dicit g ſapiētia: p Btūs homo qui audit me.i. obedit mihi. r Et qui vigilat ad fores meas quotidie: id eſt ad ſcripturas intelligendas. s Et obſeruat ad poſtes oſtii mei: id eſt ad ſanctos pꝛędicatores imitandos: ſicut legitur Heſter.ij.d. de mardocheo qui obſeruabat ad poſtes palacij aſſueri. Vel/Btūs qui obſeruat ad poſtes oſtij mei/vt ſcilicet me inueniat: Quia t Qui me inuenerit inueniet vitam/quippe: qꝛ ipſe ē vita. Joh.xiiij.a. Ego ſum via/veritas ⁊ vita. v Et hauriet ſalutem/copioſe ī futuro: Hic enī tm̄ pguſtat: x A dño/nō a ſe. Vl' a dño/quaſi a puteo pleno delitijs ⁊ diuitijs: quem videndo haurimus nobis ſalutem ⁊ omne bonū. y Qui autem in me peccauerit/adulterando ſapientiam: z Ledet animā ſuam. Vñ Tob.xij.c. Qui faciūt iniq̄tatē ⁊ peccatum/hoſtes ſunt animę ſuę. a Omnes qui me oderunt: diligunt mortem: quia ego ſum vita: Joh.xiiij.a.

Sapiētia ędificauit ⁊c.

Sapientia edificauit ⁋ Expoſitio Ca. IX. &c. Supra egit ſalomon de eternitate & deitate chriſti: hic agit de eiuſdem humanitate/ ſm quā eſt caput eccleſie: quā vt domū edificauit ſibi ſapientia: ſicut hic dicit/ ſeptem columnis eam fulciens: parans in ea conuiuiū: poſtea mittens ancillas ſuas vt vocarent ad conuiuium inuitatos: in quo breuiter myſterium incarnationis et paſſionis comprehendit. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. In prima agit de edificio domus ſapientie & cōuiuio eius. In ſecūda oſtēdit qles ſint īuitati ad illud cōuiuiū et quales nō: ibi: Si quis eſt paruulus. In tertia agit de ſtulta muliere: q & ſuos vocat ad ſuū cōuiuiū: ibi: Mulier ſtulta &c. Multa igit myſteria ſub paucis verbis cōprehendēs ſalomon/ ait: a ⁋ Sapientia: id eſt chriſtus: qui eſt dei virt⁹ & dei ſapiētia. j. Cor. j. d. b ⁋ Edificauit/ ſua et ſuorum operatiōe & predicatiōe. c ⁋ Sibi/ non alijs: d ⁋ Domum: id eſt eccleſiā. e ⁋ Excidit columnas ſeptem: id eſt particulares eccleſias ſeptiformi gratia illuſtrās/ per orbem erexit. Vel/ Septem columne/ ſunt doctores & predicatores: ſeptiformi gratia rotundati: quos quaſi columnas ad portandū eccleſie fabricam chriſtus excidit: id eſt ab amore mundi ſeparauit: De quibus Ps. Ego confirmaui columnas eius. Que etiam dicuntur ſeptem: nō tm̄ propter ſeptiformē gratiam: ſed etiam propter ternarij & quaternarij rationem: qui in ſe ducti/ duodenarium faciunt: quot fuerunt apoſtoli: qui etiam fidem trinitatis in quattuor orbis partibus predicauerunt. Fundamenta huiꝰ ciuitatis ſiue domus/ fuerunt prophete: De quibus Eſa. liiij. c. Fundabo te in ſaphiris: & ponam iaſpidem propugnacula tua. Columne/ apoſtoli: vt dictum eſt. Murus ſo & antemurale/ domin⁹ ieſus. Eſa. xxvj. a. Vrbs fortitudinis noſtre ſion: ſaluator ponet in ea mur⁹ et antemurale. Muralij/ ſūt prelati. Cuſtodes murorum/ angeli. Eſa. lxij. b. Super muros tuos hieruſalem cōſtitui cuſtodes: tota die & tota nocte in perpetuū non tacebūt. De edificio huius domus dicitur Cant. iij. d. Ferculū fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani: columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureū: aſcenſum purpureum media charitate cōſtrauit. Quia quicquid fecit a natiuitate vſq; ad paſſionē/ fecit ex charitate chriſtus. De eodem legitur Tob. xiij. d. Hieruſalem edificabitur ex ſaphiro & ſmaragdo & ex lapide precioſo omnis circūit⁹ murorum: ex lapide candido & mundo omēs platee ſternentur/ & per vicos eius alleluia cantabit. De eodē legit Apoc. xxj.

Ps. 74.

Aliter a principio: a ⁋ Sapientia edificauit ſibi domum: id eſt corpus & animam ad inhabitandum. e ⁋ Excidit columnas ſeptem: id eſt ſeptem dona ſpiritusſancti. Eſa. iiij. a. Apprehendent ſeptem mulieres virum vnū in die illa: id eſt ſeptem dona chriſtum: q eſt vir vnus: quia non habet parem. Vel ſeptem columne/ ſunt ſeptem ſigilla quibus ſignat⁹ fuit liber vite: que ſoluit leo de tribu iuda: Apoc. v. b. Primum ſigillū eſt natiuitas: Secundum/ circumciſio: Tertium/ eſt baptiſmus: Quartum/ paſſio: Quintum/ ſepultura: Sextum/ reſurrectio. Septimum/ aſcenſio. Vel domus ſapientie eſt beata virgo. Septem columne ſunt ſeptem virtutes: quas ponit Iacob⁹. iij. d. Sapiētia que deſurſū eſt: primum quidem pudica eſt: deinde pacifica/ modeſta/ ſuadibilis/ bonis conſentiens/ plena miſericordia & fructibus bonis/ iudicans ſine ſimulatione. Que etiam notantur Luc. j. c. In ſalutatione angeli. Prima igitur columna eſt pudicitia: que notatur ibi: Miſſus eſt angelus gabriel ad virginem. Secunda eſt pax ſiue concordia: ibi: Deſpōſatam viro cui nomen erat ioſeph. Tertia ſuadibilitas: ibi: Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Quarta modeſtia: ibi: Quomodo fiet iſtud &c. Quinta/ conſenſus facti: ibi: Fiat mihi ſm verbum tuū. Sexta plenitudo miſericordie: ibi: Exurgens maria abijt in montana cum feſtinatione. Septima/ iudicium ſine ſimulatione: ibi: Ecce ancilla domini. Vel aliter. Prima colūna ē virtus ſiue virginitas: que tangitur ibi: Miſſus eſt angelus gabriel ad ɥginē. Secūda/ taciturnitas: ibi: Cogitabat qlis eſſet iſta ſalutatio. Vel ibi: Maria autem conſeruabat omnia verba hec conferens in corde ſuo. Vnde & in euangelio legitur tm̄ quater locuta fuiſſe. Primo/ angelo reſpondendo: Luc. j. d. Secūdo/ filium increpando. Luc. ij. g. Fili quid feciſti nobis ſic? Tertio/ heliſabet ſalutando: Luc. j. d. Quarto miniſtris conſulendo. Ioh. ij. a. Quodcunq; dixerit vobis/ facite. Tertia columna eſt ſtabilitas: que tāgitur ibi: Ingreſſus eſt angelus ad eam. Quarta/ ſtrenuitas: que tāgitur ibi: Exurgens autem abijt in montana cum feſtinatione. Quinta/ humilitas: ibi: Ecce ancilla domini. Sexta pietas: ibi: Manſit autē maria cum illa quaſi tribus menſibus. Septima prudentia: ibi: Quomodo fiet iſtud &c. Vnde verſus. Caſta/ tacens/ reſidens/ operans/ humilis/ pia/ prudens: Hoc ſeptiformi munere virgo micat. Item domus ſapientie eſt celum. Septem columne/ vniuerſitas angelorum: quos excidit ſapientia: id eſt a ruina cadentium ſeparauit. Iob. xxvj. c. Colūmne celi contremiſcunt & pauent ad nutum eius. Item domus ſapientie eſt philoſophia. Septem columne/ ſunt ſeptem liberales artes. ſ. Grāmatica/ dialectica/ rhetorica/ arithmetica/ muſica/ geometria/ aſtronomia. Has columnas excidi iubet a vanitate a ſupfluitate. Vn̄ Deut. xxj. c. precipitur vt puelle captiue vngues & ceſaries reſecentur. Grāmatica docet recte loqui. Hanc columnam non habent in domo ſua qui nunq; aperiūt os ſuū ad loquendum verbum dei: cum tm̄ ex officio teneantur. De quibus dicitur Eſa. lvj. d. Speculatores eius ceci omnes/ neſcierunt vniuerſi: canes muti non valentes latrare. Neſciētes etiam loqui ſpiritualit: vnde cum interrogantur vt dicant ſeboleth/ qd īterpretatur ſpica vt non moriantur/ non valentes exprimere ſpica: eadem littera reſpondent cheboleth/ qd interptat ſpica palee: et ideo interficiunt: vt legitur Iudic. xij. b. Vel certe primam columnam: id eſt grāmaticam non habent detractores: qui nunq; recta loquunt de alijs: Hec autem recte & cōgrue docet loqui. Secundam columnam: id eſt dialecticam veram non habent adulatores: qui falſa potentib⁹ blandiunt: Hec autem docet vera loqui. Tertiam columnam. ſ. rhetoricam non habēt illi: qui ſemper ſcurrilia et turpia loquunt: Hec autem docet ornate loqui. Quartam columnam. ſ. arithmeticā non habent illi qui ſunt ſuperbi: qui in numero aliorum nolunt computari neq; viuere cum alijs: Hec autem docet numerorum proportionem. Talis fuit phariſeus ille qui orando dicebat: Gratias tibi ago deus: quia non ſum ſicut ceteri homines: Luc. xviij. b. Talis etiam fuit lucifer: qui nolens eſſe cum alijs dixit: Conſcendam in celum & ero ſimilis altiſſimo: Eſa. xiiij. d. Et breuiter hanc columnam non habent ill: qui appetunt ſingulares videri. Quintam columnam ſcilicet muſicam nō habent ſchiſmatici/ qui diſcordant: Hec autem docet ſonorū concordias ſiue harmonias & tonorum proportiones. Sextam columnam: ſcilicet geometriam non habent diuites auari: qui male menſurant/ ſibi omnia retinentes/ alijs indigentibus et nihil habentibus: Hec autem docet recte & vere menſurare. Septimam columnam: ſcilicet aſtronomiam non habent luxurioſi: qui vt porci oculos & os ſemper habent in luto: Hec autem docet curſus ſiderum & motus planetarū & ad celum

Domꝰ ſapiētie beata virgo

Luc. 1. d.

Luc. 2. c.

Domꝰ ſapiē tie celū

Domꝰ ſapiē tie phia

Capitulum IX Sapientiā edificauit ſibi domū: excidit colūnas ſeptē.

a Immolauit victimaſ
b ſuas: miſcuit vinum:
c et propoſuit menſam
d ſuã. Miſit ãcillas ſu/
e as vt vocarẽt ad arcẽ
f et ad mẽnia ciuitatiſ.

ApocꝪ.xxj. a Immolauit victimas ſuas .i. ſe/
metipſum. Eph.v.a. Chriſtus dilexit nos ꝛ tradidit ſe/
metipſum ꝓ nobis oblationẽ ꝛ hoſtiã deo in odorẽ ſua/
uitatis. Pluraliť aũt dicit/ victimas: ꝓpter ꝑludia paſ/
ſionis: vel propť martyres/ quos ipſe quaſi victimas ob
tulit deo patri. Matth.
xxij.a. Ecce prandium
meum paraui: tauri mei
et altilia occiſa ſunt/ ꝛ om
nia parata/ venite ad nup
tias. b Miſcuit vi/
num/ aquę. ſ. diuinitatẽ
humanitati vniuit in ſua perſona/ ꝛ fulgorez diuinitatis
nube hũanitatis temperauit: aliter tantũ fulgorẽ huma/
nus aſpectus ſuſtinere non poſſet. Unde beatus Bern.
Claritatẽ ſolis ęterni nec viſus ſingularis aquilę: id eſt
beatę ꝟginis aſpectꝰ ſuſtinere potuiſſet/ niſi nube carnis
obũbraretꝛ. Unde ꝛ ei quęrẽti: quomodo fieret iſtud: di
ctum eſt: Spũſſanctus ſupueniet in te/ ꝛ virtus altiſſimi
obũbrabit tibi: LucꝪ.j.d. Hec eſt vna cauſa quare in ſa/
cramento altaris aqua miſcetꝛ vino. c Et propoſuit
menſam ſuam: id eſt ſacram ſcripturam in qua refice/
Ps.22. remur/ ĩ hoc deſerto pręparauit. Unde Ps. Paraſti in
conſpectu meo menſam/ aduerſus eos qui tribulant me.
Uł/ Propoſuit mẽſam ſuã/ ĩ ſacramẽto altaris: vbi
Ps.77. ad litterã vinũ aquę miſcetꝛ: Ps. Panẽ angeloꝝ man/
ducauit homo. De quo pane dicitur Geñ.iij.d. In ſu/
dore vultus tui veſceris pane tuo. De hac mẽſa dicitur
Eſa.xxj.b. Pone menſam/ ꝯtemplare in ſpecula come/
dentes ꝛ bibentes: ſurgite principes ꝛ arripite clypeum.
Uel ſic: b Miſcuit vinum/ compunctionis in ter/
ris: c Et propoſuit menſam ſuam/ ęternę refec/
tionis in cęlis: vt ſolum illi ad menſaz illam ſedeant qui
primo de vino biberint. Unde ꝛ duobus cognatis ſuis
per matrẽ petentibꝰ vt vnus ſederet ad dextram eius et
alius ad ſiniſtram in regno ſuo: reſpondit: Poteſtis bi/
bere calicem quem ego bibiturus ſum: Matth.xx.c.q.
d. ad menſam meam non ſedebitꝪ niſi de vino calicꝪ mei
Luc.22.c. biberitis. Sic enim ipſemet fecit. Unde: Et ego diſpo/
no vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ: vt eda/
tis ꝛ bibatis ſuper mẽſam meã in regno meo. d Mi/
ſit ancillas ſuas: id eſt apoſtolos ꝛ ꝑdicatores: q̃ di/
cuntꝛ ancillę: qꝛ humiles ſunt in oculis ſuis: viles ꝛ deſpi
cabiles in oculis mũdi: ſolliciti de lucro dñi ſui: molles ꝛ
tractabiles ad infirmitatẽ proximi releuãdã. De quibuſ
Job.xl.d. Nũquid illudes ei q̃ſi aui: aut alligabis eum
ancillis tuis? Et.ij.RegꝪ.vj.d. dixit dauid: Uiuit do/
minus: ludam ꝛ vilior fiam plus q̃ꝫ factꝰ ſum/ ꝛ ero hu/
milis in oculis meis: ꝛ corã ancillis de quibus locuta es
glorioſior apparebo. e Ut vocarent ad arcem/ cę
li/ vbi menſa poſita eſt. Matth.xxij.a. Ite ad exitꝰ via/
rum: ꝛ quoſcũq̃ꝫ inueneritꝪ vocate ad nuptiaſ. f Et ad
mẽnia ciuitatꝪ/ cęleſtis: vbi pax ꝛ ſecuritas ſumma ẽ:
vbi iugis ſolẽnitas. Eſa.xxxiij.d. Reſpice ſion ſolẽnita/
tis noſtrę ciuitatem: oculi tui videbũt hieruſalẽ ciuitatẽ
opulentã: tabnaculũ qđ nequaq̃ꝫ trãſferri poterit.
* planetarum: ꝛ ad cęlum vultum attollere. Unde Ouidi/
Ouidiꝰ li.1. metamorph. us. Pronaq̃ꝫ cum ſpectent animalia cętera terram: Os
homini ſublime dedit/ cęlumq̃ꝫ videre/ Juſſit: ꝛ erectos
Domꝰ diaboli ſapientia huiꝰ mundi ad ſidera tollere vultus. Habet etiam diabolꝰ ſuam do/
mũ: ſcilicet ſapientiam huiꝰ mundi: quę inimica eſt deo:
Cuius ſeptem ſunt columnę: ſcilicet: Grãmatica/ dialec/
tica/ rhetorica: ꝛ ſic de alijs. Habet enim diabolus gram
maticos ſuos/ ſicut ꝛ deus ſuos. Grãmatici diaboli ſũt
omnes hypocritę: qui recte ꝛ congrue loquuntꝛ: ſed in/
cõgrue viuũt. Dialectici diaboli ſunt oẽs doloſi: qui ſo/
phiſtice loquuntꝛ vt decipiãt. De quibꝰ EccꝪ.xxxvij.c.
Qui ſophiſtice loquitur/ odibilis eſt. Rhetores diabo/
li/ ſunt aduocati: qui cauſas iniquas fouent potentũ: cau/
ſa autem pupilli ꝛ viduę non ingreditur ad eos: vt dicitꝛ
Eſa.j.f. Caſidicorum enim lingua dãnifica eſt/ niſi eam
funibꝰ argenteis vincias. Arithmetici diaboli ſũt oẽs q̃
habent numerũ prębẽdarũ ſiue beneficioꝝ. De quibus
dicitur ApocꝪ.xiij.a. Et vidi de mari beſtiaz aſcenden/
tem habentem capita ſeptem: id ſeptem epos: et cornua
decem: id decem digni/
tates: et ſup cornua eius
decem diademata: id eſt
decẽ mitrę. In quot enĩ
eccleſijs habet prębẽdã:
tot mitras habet ĩ capite
ſuo/ ſpe ſiue ꝑſumptiõe.
Ob hoc enim prębendas retinẽt/ cum ad nihil aliud ſi/
bi valeant/ niſi ad ſolam ſpem vt ſi epiſcopatum poſſint
adipiſci. Muſici diaboli ſunt adulatores: qui omnibus
et in bono ꝛ in malo concordant. Geometrę diaboli ſũt
quidam ſuꝑficialiter iuſti: q̃ ſibi propitij ſunt/ alijs vero
auſteri: quod valde damnabile eſt/ maxime in pręlatis ꝛ
confeſſoribus. De quibꝰ dicit dominus: Matth.xxiij.
a. Super cathedrã moyſi ſederunt ſcribę ꝛ phariſęi: om
nia ergo quęcũq̃ꝫ dixerint vobis ſuate ꝛ facite: ſm ope/
ra ꝟo eorum nolite facere: Dicunt enĩ ꝛ non faciũt: Al/
ligant autem onera grauia ꝛ importabilia ꝛ imponũt in
humeros hominũ: digito autem ſuo nolunt ea mouere.
De hoc dicitur.j.xx.d. Abominatio eſt apud deũ pon/
dus ꝛ pondus: ſtathera doloſa nõ eſt bona. Aſtronomi
diaboli ſunt curioſi: qui relictis neceſſarijs/ de curſu ſide
rum diligenter inquirunt: Quibus dicitur EccꝪ.iij.c.
Altiora te ne quęſieris: ꝛ fortiora te ne ſcrutatus fueris:
ſed quę pręcepit tibi deus illa cogita ſemper. Et Cato.
Mitte arcana dei cęlumq̃ꝫ inquirere quid ſit. Item do/ Domꝰ ſapientię eſt clauſtꝝ
mus ſapientię clauſtrum eſt: cuius fundamentũ eſt pau/
pertas: parietes obedientia ꝛ continẽtia: altitudo humi/
litas: tectum vero eſt amor fraternitatis. Septem colũ/
nę/ ſũt ſeptem obſeruantię regulares. ſ. cibi ariditas: ve/
ſtis auſteritas: ieiunioꝝ continuatio: vigiliarum protra/
ctio: manuũ labor: diſciplinę rigor: ſeptima eſt orationũ
inſtãtia. Item domus ſapientię eſt cor viri iuſti: qui ha/ Domꝰ ſapientię cor iuſti
bet pro fundamento fidem: parietes ſunt ſpes ꝛ timor:
altitudo/ humilitas: lõgitudo/ longanimitas: tectũ/ cha/
ritas. Septem columnę/ ſunt ſeptem virtutes: quas enu/
merat apoſtolus.ij.CorꝪ.vij.c. dicẽs: Hoc ipſuz ſm de
um contriſtari vos quantam in vobis operatur ſollici/
tudinem: ſed defenſionem: ſed indignationẽ: ſed timorẽ:
ſed deſiderium: ſed ęmulationem: ſed vindictam. Alias
ſeptem colũnas diſtinguit beatꝰ Bern. ſuper illud Ps.
Juſticia ꝛ iudicium correctio ſedis eiꝰ/ dicẽs: Suꝑiori/ Ps.96.
bus debemus reuerentiam ꝛ obedientiã: paribus conſi/
lium ꝛ auxilium: inferioribus cuſtodiam ꝛ diſciplinam:
ſeptima eſt vt iuſte iudicemus. Uel ſeptem columnę ſũt
ſeptem virtutes: quę maxime valent ad ſuſtentãda ſeptẽ
onera quę in nobis ſunt. Primũ onus ẽ pondꝰ ꝓprij cor
poris: De quo Sap.ix.c. Corpꝰ qđ corrũpitꝛ aggrauat
aĩaz ꝛc. Hoc onꝰ ſuſtinet diſciplina/ ne obruat aĩaz. Heb
xij.c. Oĩs diſciplina in ꝑſenti q̃dẽ videtꝛ nõ eſſe gaudij ſꝫ
męroris: poſtea vero fructũ pacatiſſimũ exercitatis ꝑ eã
reddet iuſticię. Secundũ onus eſt pondus tribulationũ
et paſſionũ: qđ ſatis leue eſt: quia breue. De q̃.ij.CorꝪ.
iiij.d. Id quod in ꝑſenti eſt momẽtaneũ ꝛ leue tribula/
tionis noſtrę: ſupra modum in ſublimitate ęternũ glorię
pondus operatur in nobis. Hoc onus portat patiẽtia.
Tertium onus eſt grauamina proximoꝝ: quę ipſi pati/
untꝛ. Hoc onus portat charitas. Gal.vlť.a. Alter alte/
rius onera portate: ſic adimplebitis legẽ chriſti. Quar/
tum onus eſt pondus vel ſtimulus datus contra elatio/
nem de bonis conceſſis. De q̃.ij.CorꝪ.xij.b. Ne ma/
gnitudo reuelationũ extollat me: datus eſt mihi ſtimulꝰ
carnis meę angelus ſathanę q̃ me colaphiçet. Hoc onuſ
portat humilitas. Unde Gregꝰ ĩ moralibꝰ. Aquas ap
pendere in menſura/ eſt inter ꝓſpera ꝛ aduerſa/ intꝛ ſũma
* et infima/ inter tẽptatiões

* et īfima/inſ temptatiões ⁊ dona aiarũ/ſenſũ in hũilitate cu/
ſtodire. Quintum onus eſt triſticia de dilatiõe p̄miorꝫ: De
Pſ.68. quo Pſ. Defecerunt oculi mei dum ſpero in deũ meũ. Hoc
onus portat longanimitas. Sextum onus eſt debitum offici/
orum. Hoc onus ſuſtinet diſcretio. Unde ietro dixit moyſi/
Exo. xviij.c. Stulto
labore cõſumeris: ſu/
pra vires tuas eſt ne/
B gociũ: ſolus illud non
poteris ſuſtinere ⁊c.
Septimum onus eſt
pondus ꝓpriorum la/
borum ſiue ſtudiorũ.
Et hõnus portat hi/
laritas conſcientię: ſi/
ne qua cito corruit ho
mo in laqueũ accidię.
Unuſquiſqꝫ autem in
ſeipſo immolat victi/

Si q̃uis eſt ꝑuul⁹ veniat ad
me. Et īſipiẽntib⁹ locuta eſt:
Uenite/comedite panẽ meũ
et bibite vinũ qd̃ miſcui vo/
bis. Relinq̃te infantiã et vi/
uite: ⁊ ãbulate ꝑ viãs prudẽ
tię. Qui erudit deriſorẽ: ipẽ
ſibi facit iuriã: ⁊ qui arguit
impium: ſibi maculam gene/
rat. Noli arguere deriſorem
nẽ oderit te. Arguẽ ſapientẽ
et diliget te. Da ſapienti oc/
caſionem: et addetur ei ſapi/
entia. Doce iuſtum: ⁊ feſti/
nabit accipere. Principiũ
ſapiẽntię timor domini: ⁊ ſci
ẽntia ſanctorum prudentia.
Per me enim mtiplicabũ/

mas deo: dum beſtias vitiorum ĩ ſe trucidat. Menſam ꝓpo/
ponit: cum mundam conſcientiam cuſtodit: vbi deus conui/
uaſ cũ ipſo. Apocl. iij.d. Eſto ſto ad oſtiũ et pulſo: ſi q̃s au/
dierit ⁊c. ĩ. xv.d. Secura mẽs q̃ſi iuge cõuiuiũ. Uinũ miſcet
nobis ſapiẽtia: cũ letiçiã mẽtis vł ſpiritũ cõpũctiõis infũdit.
Ancillas ſuas mittit vt vocent ad arcem: cũ bonas cogitati/
ones ĩmittit/quę vocant ad cęlũ. Sequitur: a Si quis
eſt paruulus: id ẽ intus ⁊ exterius humilis. Et eſt hec ſe/
cunda pars. Uel/ Paruulus/malicia: nõ ſenſu. b Ueni
at ad me/vt ſapiens ⁊ magn⁹ fiat. Roma. viij.f. Quos vo
cauit/hos ⁊ magnificauit. Paruulos vocat ſapientia: q2 nul/
lus permittiſ intrare ad eam niſi paruulus. Unde Matth.
xviij.a. Niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli: non
intrabitis ĩ regnum cęlorum: qd̃ eſt ſacra ſcriptura. Et alibi:
Marc.10.b. Sinite paruulos venire ad me: taliũ enim eſt regnũ cęlorꝫ.
Sola enim humilitas ꝓfundum habet ⁊ vacuum vbi ſapien/
tia recipiatur. c Et inſipientibus/ſui reputatione: non
turgẽtibus humana philoſophia: d Locuta eſt/ſapien/
tia. ſ. Locutio autẽ ſapientię nihil aliud eſt q̃ inſpiratio intel/
ligentię. Quid autem locuta fuerit ſapientia paruulis ⁊ inſi/
pientib⁹/oſtẽdit dicens: e Uenite/fide: f Comedi/
te: id ẽ vob incorporate: g Panẽ meũ: id ẽ diuina elo
quia: quę mentem reficiunt ⁊ confirmant: ſicut panis reficit
corpus. h Et bibite: id ẽ cum gaudio ſuſcipite: i Ui/
num qd̃ miſcui vobis: id eſt verbum qd̃ ꝓpoſui vobis.
Uerbũ enim dei ⁊ vinũ ⁊ panis dicitur. Panis/q2 cõfirmat:
vinũ/quia lętificat. Uel panis dicitur vbi eſt difficultas: vi/
num vbi eſt facultas ſiue facilitas. De h̃ pane ⁊ vino dicitur
Zach. ix.d. Quid bonũ eius: quid pulchrũ ei⁹: niſi frumẽtũ
electorũ et vinũ germinãs virgines. Uel ſic: e Uenite/
pede amoris: f Comedite/dente fidei: g Panẽ meũ/
in ſacramento altaris. Unde Aug⁹. in lib. confeſ. Ut quid pa
ras dentẽ ⁊ ventrẽ: Crede et mãducaſti. h Et bibite vi/
num: id eſt ſanguinem. i Qd̃ miſcui vobis: id eſt ſub
ſpecie vini aquę mixto vobis ꝓpoſui. Uł/ Bibite vinum
qd̃ miſcui vobis: id eſt credite deitatẽ meam: quã in vna
perſona humanitati vniui: quę aliter bibi non poterat: id eſt
videri ab homine niſi humanitati mixta fuiſſet. Sꝫ quia nul/
lus hunc panem comedere ſane/⁊ vinum vtiliter bibere po/
teſt/niſi pri⁹ reliq̃rit mundi vanitatẽ: Ideo ſequiſ: k Re/
linquite infantiam: id eſt ſeculi vanitatẽ. Hic accipitur
infantia in malo: ſicut Eſa. lxv.d. Non erit ibi amplius in/
fans dierum ⁊ ſenex qui nõ impleat dies ſuos: quoniaꝫ puer
centum annorũ morieſ: et pctõr centũ annorꝫ maledict⁹ erit.
l Et viuite/vita gratię: m Et ambulate/de virtute in
virtutẽ: ne cũ redierit dñs iueniat vos ocioſos. Uñ Luc. xix.
b. recedẽs a diſcipulis dixit: Negociamĩ dũ venio. n Per
vias prudentię: id eſt per opa diſcrete facta. o Qui
erudit ⁊c. Supra dixit ſalomon quos vocat ſapientia ad
ſuum conuiuiũ: paruulos ſcilicet/⁊ inſipientes ſui reputatio/

ne: hic oſtendit quos nõ vocat: ſcilicet deriſores: quia fruſtra
laboraret vocando eos: quia ipſi derident doctores. Et hoc
eſt: Qui erudit deriſorem: id eſt q̃ v̾ba eruditionis deri/
ſori proponit: p Ipſe ſibi: id eſt ſapientię: q Facit
iniuriam: quia dat ſanctum canibus/⁊ ſpargit margaritas
añ porcos: qd̃ ſapiẽ/
tia ꝓhibuit: Matth.
vij.a. Uel Ipſe ſibi
ipſi/ facit iniuriã:
q2 laborẽ ſuum iutili/ 23.q.6.c.videſ
ter expendit: vel quia
prouocat eum ad in/ C
iuriandum ſibi. r
Et qui arguit im/ S.1.a.
pium: id eſt rebellẽ Eccl.1.b.
quemlibet diſciplinę: Pſ.110.
s Sibi maculam
generat: quia ipſuꝫ
cõtra ſe prouocat: qd̃
eſt ſuum officiũ denigrare. Uel maculam infamię ſibi gene/
rãt: q2 huiuſmodi ĩdiſciplinabiles/correctores ſuos infamãt.
Uel ſibi/ſcilicet impio: quia augeretur ei peccatũ. Et cum
ita ſit: t Noli arguere deriſorem: id eſt contempto/
rẽ correctionis. v Ne oderit te: id eſt ne odiẽdo te cor/
rigentem peius peccet. Unde Glo. Non eſt timendum ne ti
bi deriſor cum arguitur contumelias inferat: ſed h̃ potius ꝓ/
uidendũ eſt ne tract⁹ ad odiũ inde fiat peior: iõ tibi aliquoti/
ens ab eius correctione non tuę timiditatis ſed dilectionis
eius gratia ceſſandũ. Talibus enim medicina vertitur in vẽ/
nenum: id ẽ verbum dei: qd̃ eſt vera medicina ſuper omnem
herbã. Unde Sap. xvj.b. Non eñ herba neqꝫ malagma ſa/
nauit eos: ſed tuus ſermo domine qui ſanat omnia. x Ar/
gue ſapientem ⁊ diliget te: id eſt paruulũ: cui ſapit cor/
rectio: Hoc enim eſt lapidem in loco debito collocare in dei
ędificio. Sapientem hic vocat non perfectę ſapientię: quia
talis nõ habet opus argui/ſed ſapientię amatorem: quem ſu/
pra dixit inſipientem. In hoc enim eſt quilibet ſapiens q̃ co/
gnoſcit ſuam inſipientiaꝫ. Unde beatus Berñ. Deus tu ſcis
inſipientiam meam: niſi quia in hoc ſapiẽs ſum q̃ ⁊ ipſe ego
eam ſcio. Greg⁹. Primus gradus perfectiõis eſt/ſuę imper/
fectionis cognitio. Dico ergo: Argue ſapientem: et ſic:
y Da ſapienti occaſionẽ: ⁊ addetur ei ſapiẽtia: q2
cogitabit circa ſe propter verbum tuę correctionis/⁊ circũ/
ſpectior fiet. Hoc eſt qd̃ dicit Ecc⁹. xxj.c. Uerbũ ſapiẽs qd̃
cunqꝫ audierit ſcius/laudabit ⁊ ad ſe adijciet. Stult⁹ v̾o ecõ/
uerſo vt audit verbũ correctionis: mordet dentibus ⁊ nõ ceſ/
ſat donec auulſerit a corde ſuo/ſicut canis ſagittã. Uñ Eccj.
xix.b. Sicut ſagitta infixa femori canis: ſic verbum in corde
ſtulti. z Doce iuſtum ⁊ feſtinabit accipere/doctri/
nam vel ſapientiam/ quaſi eſuriens cibũ. Eccj. xxiiij.c. Qui
edunt me/adhuc eſuriẽt. Greg⁹. Spirituales delitię: quanto
amplius habentur: tanto amplius eſuriunſ. q.d. ideo libenſ
docẽdus eſt iuſtus: quia libenſ recipit ⁊ proficit. Doce/in/
quã/iuſtũ: ⁊ primo timorem domini: Quia/ a Princi/
pium ſapientię timor domini/ſeruilis vł initialis: quia
vterqꝫ datur a domĩo: ⁊ vtroqꝫ timetur dñs. Seruilis timor
eſt principium ſapientię introducens ſicut ſeta filum. Unde
ſicut ſeta eijcitur de foramine filo intrãte: ſic timor huiuſmo/
di expellitur ſapientia adueniente: Timor v̾o initialis eſt p̃n/
cipiũ intrinſecum ⁊ cõmanens. b Et ſciẽtia ſanctorũ
eſt prudentia: qua cauentur fraudes: qua bonũ cognitum
eligitur ⁊ malum cognitum reprobatur. Scientiam ſanctorꝫ
dicit ſcientiam dñi: quę facit interius lamentantẽ/non exteri⁹
iactantem: vt dicit Aug⁹. c Per me enim ⁊c. Dixe/
rat ſupra: Si quis eſt paruulus veniat ad me: Et quę vtili/
tas eſt venire ad te o ſapientia? Magna: Per me enim
multiplicabuntur dies tui: id eſt virtutes ſiue interio/
res illuminationes: quia quęlibet virtus ſuam habet illumi/
nationem in anima: vt dicit Grego⁹ ſuper Job. j. vbi agit

de ꝯuluio filioꝝ. Ibidē etiam dicit̄/ꝙ oēs gratie tranſibūt in gloriā. Vel per dies/diuine cōſolationes intelligunt̄: quibus dominus cōſolatur ſuos: per noctes vero intelligunt̄ tēptationes ſiue tribulationes. a ¶Et addentur tibi anni vite/eterne: id eſt dabitur tibi vita eterna. Hic addentur

Pſ. 60. dies/in futuro anni. Pſ. Dies ſuper dies regis adijcies: annos eius vſqꝫ in diem generationis ⁊ generationis. b ¶Si ſapiens fueris ⁊c. q.d. ego moneo te ad ſapientiā: qđ tm̄ tibi/ et non mihi prodeſt. Quia ſi ſapiens fueris/tibimetipſi eris/ ꝑncipalit̄. Sicut de iuſto dr̄ Ezech. xviij.c. Iuſticia iuſti ſuper ipſū erit: ⁊ impietas impij erit ſuper eū. c ¶Si autem illuſor/ſolus portabis malum. Contra/Gal. vj.a. Alter alterius onera portate. Sol. Apoſtolus loquitur de onere infirmitatis ſiue tribulationis preſentis: Salomon autem loquitur hic de onere iudicij. Unde Gal. vj.b. Unuſquiſqꝫ onus ſuum portabit. d ¶Mulier ⁊c. Tertia pars. Supra cōmendauit ſalomon ſapientiam per ſe: nunc per contrarium/eandem commendabiliorem oſtendit. Dictum eſt ſupra/ꝙ ſapientia miſit ancillas ſuas vt vocarent paruulos ⁊ inſipientes ad conuiuium ſuum: Nunc oſtendit ꝙ mulier ſtulta pene eiſdem verbis inuitat etiam ad ſuū conuiuiū. Sed diſtat: quia illa ſimplicit̄ ad ſe venire vocat: hec autꝫ quos vocat ad ſe declinare ſuadet: in quo notat̄ ꝙ illa errantes ad rectū iter reuocat: iſta vero recte gradientes a recto declinare docet. Intelligitur autē per hanc mulierem/heretica doctrina vel ſapientia huiꝰ mūdi: que bene ſtulta dicitur: quia ſapientiam huius mūdi ſtultam fecit deꝰ, j. Cor. j.c. Et ponunt̄ hic ſeptē contraria illis ſeptem que ponuntur Iaco. iij.d. vbi agit̄ de celeſti ſapientia. Illa pudica eſt: iſta plena eſt illecebris: id eſt noxijs voluptatibus. Illa pacifica: iſta clamoſa. Illa modeſta: iſta ſtulta. Illa ſuadibilis: iſta omnino nihil ſciens: Illa bonis cōſentiens: hec ſedet in foribus ſuper ſellam/vt omnibus ſtultis ad peccandū cōſentiat. Illa plena miſericordia ⁊ fructibꝰ bonis: iſta vocat tranſeuntes per viam vt interficiat. Illa iudicat ſine ſimulatione: hec ſedet in excelſo vrbis loco: id eſt in ſupercilio elationis. Dicit ergo: d ¶Mulier ſtulta: id eſt heretica doctrina/vel ſeculi ſapientia: que ſtulta eſt/quia vere ſapiētie cōtraria eſt. e ¶Et clamoſa: id eſt garrula: ſine vtilitate loquax: qđ prouenit ex defectu ſapiētie. f ¶Plenaqꝫ illecebris: id eſt prauis voluptatibꝰ. E cōuerſo dicit̄ de muliere bona/Eccl. xxvj.c. Diſciplina illiꝰ datū dei ē: mulier ſenſata et tacita: nō ē īmutatio erudite aīe: gr̄a ſuꝑ gratiā mulier ſancta ⁊ pudorata. g ¶Et nihil oīno ſciens/veritatis. h ¶Sedet in foribus domꝰ ſue. i. in doctoribꝰ falſitatis: per quos intratur in viam erroris: que ducit in infernū. Uñ dicunt̄ porte inferi. Matth. xvj.c. Et porte īferi nō preualebunt aduerſus eam. Vel ad litteraꝫ: Mulier ſtulta ſedet ī foribꝰ domꝰ ſue/vt omnibꝰ ſe exponat: ſicut dicit̄ Ezech. xvj.b. Expoſuiſti fornicationē tuā omī tranſeūti viā

Moraliter vt eius fieres. Moraliter autē/Fores ſunt ſenſus corporis: domus/mens. Hiere. ix.f. Aſcēdit mors per feneſtras veſtras: ingreſſa eſt mors domus veſtras diſperdere paruulos deforis/iuuenes de plateis. Has feneſtras ſeu fores cuſtodiunt boni/vt intrare non poſſit mors. Eſa. lx.b. Qui ſūt iſti q̄ vt nubes volant: ⁊ quaſi colūbe ad feneſtras ſuas: Ibi Glo. Quidam ſunt quaſi colūbe ad feneſtras/vt ſibi ꝓuideant et nulli noceāt: quidam vt milui inſidiantes vt rapiant: vt mulier/de qua hic agit̄. Que dicit̄ ſedere/ i ¶Sup ſellā/quaſi docere preſumens: que ſcilicet ſella non habet retro nec a lateribus fulcimentū: vnde ab omni parte īminet ei precipi/

a tur dies tui: ⁊ addentur tibi
b anni vite. Si ſapiēns fueriſ
c tibimetipſi eris: ſi autem il/
luſor/ſolus portabis malū.
d e Mulier ſtulta et clamoſa:
f g plenaqꝫ illecebris et nihil oi/
h no ſciens: ſedet in foribꝰ do/
i k mus ſue ſuper ſellam in ex/
l celſo vrbis loco: vt vocaret
m n tranſeuntes per viam: ⁊ per/
o p gentes ī itinere ſuo. Quis ē
q paruulꝰ declinet ad me. Et
r s vecordi locuta ē: Aque fur/
t tiue dulciores ſunt: ⁊ panis
v abſcōditꝰ ſuauior. Et igrā/
x y uit ꝙ ibi ſint gigātes: et ī ꝓ/
z a fundis iferni ꝯuiue eiꝰ. Qui
b enim applicabit̄ illi deſcen/

tium: ſicut legitur de heli. j. Reg. iiij.c. ꝙ ſedebat ante fores domus ſue ſuper ſellam: qui auditis rumoribus de arca capta/cecidit retro ⁊ fractis ceruicibꝰ expirauit. k ¶In excelſo vrbis loco: id eſt in ſupercilio elationis. l ¶Et vocaret/ad ſuas illecebras: m ¶Tranſeūtes per viam/huius mūdi: id eſt catholicos: qui ſunt veri hebrei/feſtinātes ingredi in illam requiem: Heb. iiij.c. Non habentes hic manētem ciuitatem/ſed futuram inquirentes: Heb. xiij.c. n ¶Et pergentes/ad patriā. o ¶In itinere ſuo: id eſt in via iuſticie ſiue penitentie/ dicens: p ¶Quis eſt paruulus/ſenſu. Vel paruulum dicit neophytum in chriſto: quem acriꝰ reuocat: ſicut pharao filios iſrael fugiētes/ acrius perſequebatur: Exo. xiiij. q ¶Declinet ad me: non dicit veniat ad me/ſicut ſapiētia dicit. ſ. eodem: ſed dicit declinet ſcilicet a recto itinere qđ ducit ad vitam. r ¶Et vecordi locuta eſt: quia ſapiēti non audet loqui h̄

ſcilicet: s ¶Aque furtiue dulciores ſunt. B Hoc bn̄ competit heretice doctrine/que fit in abſcondito. Vel ad litterā inuitat ad luxuriaꝫ: que dicit̄ aqua. Gen. xlix. a. Ruben effuſus es ſicut aqua: non creſcas. Furtiue dicunt̄ hmōi aque: quia furtim: id eſt in abſcondito potantur. Iob xxiiij.c. Oculus adulteri obſeruat caliginem/dicēs: non me videbit oculus. Vel furtiue dicuntur: quia omnis voluptas hmōi extra propriam vxorem/ furtum eſt: et ideo dulcior eſt peccatori. Sed quāto dulcior eſt hic in culpa: tanto amarior erit poſtea in pena: quia qua mēſura menſus fueris delectando in peccato: eadē remetietur tibi ī ſupplicio: Matth. vij.a. Item Eſa. xxvij.b. In mēſura contra menſurā cum abiecta fuerit iudicabit eam. Apoc. xviij.b. Quātum glorificauit ſe ⁊ in delitijs fuit: tantum date illi tormentum ⁊ luctū. Exponit̄ etiā hoc de monachis ⁊ religioſis quibuſdā: qui relicto vino theologie/quod palā bibitur ⁊ propinatur: turbidam aquam legum ⁊ decretalium furtiue bibunt: ⁊ dulcior eſt eis hec aqua turbida ꝙ̄ meraciſſimū vinū theologie. Unde eis dicit̄ Hiere. ij.d. Quia dereliquiſti dominū deum tuum/eo tempore quo ducebat te per viam: ⁊ nūc quid tibi vis in via egypti vt bibas aquam turbidam: id eſt legum: Et quid tibi eſt cum via aſſyriorum vt bibas aquaꝫ fluminis: id eſt decretalium: Et parum ſupra: Me dereliquerūt fontē aque viue ⁊ foderunt ſibi ciſternas diſſipatas: que nō valent continere aquas. t ¶Et panis abſconditꝰ ſuauior: id eſt doctrina heretica/vel iuſitate voluptates/vel prohibite delectationes: q2: Nitimur ī vetitū ſemꝑ cupimuſqꝫ negatū. Hieroꝰ. Ouidꝰ li. 3. de arte
Quicqđ nō licet magis deſiderat̄: et qđ raritate dulce ē/aſſiduitate in amaritudinē vertitur. Vel/panis abſconditꝰ/ſūt ſacrificia hereticorū: vel lepor verborū eoꝝ vel blādimētum adulationis: De quo Iob. xx.b. Panis eiꝰ in vtero illiꝰ vertetur in fel aſpidū intrinſecus: Ad hūc panē diabolus vocat. Sed dn̄s econuerſo vocat ad panē penitentie ⁊ ad aquā doloris ⁊ cōtritionis. Eſa. xxx.e. Dabit tibi dominꝰ panem artum ⁊ aquam breuem. v ¶Et ignorauit: ſcilicet paruulus qui vocat̄: vel mulier que vocat: x ¶Ꝙ ibi/vbi vocat̄: y ¶Sint gigantes: id eſt demones inſidiantes vt rapiant inuitatos: vel delectātes in malo/ſicut dominus delectatur ī bonis ſuo modo. z ¶Et in profundis inferni conuiue eius. ſ. ſtulte mulieris: id eſt heretice doctrine vel carnalis voluptatis/vel ſapie ſecularis. Iob. xxvj.b. Ecce gigātes .ſ. demones: gemūt ſub aqs: id eſt penis: ⁊ q̄ habitant cū eis: id eſt omnes mali qui ſunt cōuiue huius mulieris. a ¶Qui enim applicabitur illi. i. mulieri per cōſenſum: b ¶Deſcendet ad inferos. Unde. ſ. v.b. dicit̄: Longe fac ab ea greſſus tuos

greſſus tuos/ſiue viam tuā: ⁊ ne appropinques foribus do/mus eius. j. Reg. xv. b. dixit ſaul cineo: Abite/recedite atq; diſcedite ab amalech: ne forte inuoluam te cum eo. Et bene dico/ꝙ qui applicabitur illi/deſcendet ad inferos: a Nam qui abſceſſerit ab ea/mente ⁊ corpore: b Saluabitur hic ſpe: in futuro re.

a det ad inferos: nām qui ab/
b ſceſſerit ab ea ſaluābitur.
c Parabole Ca. X.
P ſalomonis filij da/
uid regis hieruſalē.
d e Filius ſapiens letificat pa/
f trem: filius vero ſtultꝰ me/
g h ſticia ē matris ſue. † Nō prō
i derīt theſauri † ipietatꝭ: iuſti/
k cia vo libabit a morte. Nōn
affliget dñs fame aiaз iuſti:
l ēt iſidias impioꝝ ſubuertet.

Expoſi Capituli. X

Parabole ſalomonis ⁊c̃. Hic incipit ſecūda pars libri huius quaſi ſecundus liber: vnde et nouus ponit titulꝰ: ſicut dicit Glo. qz nouū genꝰ locutionis h incipit. Supra eñi de bonoꝝ et maloꝝ partibꝰ locutꝰ ē: Primo diu loquēs de vna: poſtea diu loquēs d alia: vt patet in capitulo ꝑcedente: vbi in ꝑma parte cōtinue locutꝰ eſt de ſapientia: in alia parte capituli locutus eſt de muliere ſtulta vſq; in finem capituli. In hoc autem ſcđo libro alternis verſibus q̄ſi interſcalarit actꝰ vtroꝝq; deſcribit. Vñ difficile eſſet parabolas iſtas ad vnū finem ſingillatim reducere. Reducūtur aūt cōmunit ſic: qz oēs partes faciūt ad cōmendationē ſapientie: ⁊ ad deteſtationem inſipientie. Diuiditur autem hoc capitulū in tot partes/quot habet parabolas ſiue clauſulas. Nō eñ poteſt diuidi per ſentētias apte ſicut ꝑcedētia: Et ſimiliter dico de capitulis ſequentibus vſq; ad viceſimūquintum: Ibi enim incipit tertius liber ſm quoſdam. Dicit ḡ ſic: c Parabole ſalomonis filij dauid regis hieruſalem/ſupple he ſunt: hic eſt titulus. In ꝑncipio libri in titulo dixit: Parabole ſalomonis filii dauid regis iſrael: hic dicit: regis hieruſalē: Et volūt quidā dicere ꝙ ibi per iſrael decem tribus intellexerit: hic vero per hieruſalem duaſ tribus. Sed hoc non eſt verum: quia nondum facta erat diuiſio regni in decem vel duas tribus: ſed ſalomone mortuo/tūc primo facta fuit: vt patet. iij. Reg. xij. Idem eſt ergo dicere: regis iſrael ⁊ regis hieruſalem: quia in hieruſalem erat ſedes regni: tñ mutatio tituli/ſignū eſt mutationis modi agendi. d Filius ſapiens: qui ꝑdictaſ correctiones libenter recipit: e Letificat patrem: qui non ita cito letatur vt mater. f Filius vero ſtultus/qui non vult recipe correctiones: g Meſticia eſt matris ſue: que magis cōpatitur filio erranti ꝙ pater.

Myſtice Myſtice d Filiꝰ ſapiēs eſt quilibet iuſtus vel penitēs de peccatis: ipſe eſt leticia patris ſui: id eſt chriſti: qui de penitētia eius gaudet: ⁊ etiam tota curia celeſtiſ. Luc. xv. b. Gaudiū erit angelis dei ſup vno peccatore penitentiam agēte: ꝙ̄ ſupra nonaginta qui non indigent penitentia. f Filius vero ſtultus: ſcilicet omis qui de peccatis non dolet: vel qui trāſgreditur mandata dei: g Meſticia eſt matris ſue: id eſt eccleſie. Baruch. iiij. b Obliti eſtis eum qui nutriuit vos/⁊ matrem veſtram ꝯtriſtaſtis.

Moraliter Moraliter. Pater eſt prelatus vel doctor: et idē dicitur mater. Pater corrigendo: mater conſolando et cōpatiēdo. Vñ quidā dixit plato: Verbera patris habes/vbera matris habe. d Filius ſapiens: eſt bonus ſubditꝰ ſiue bonus diſcipulus. Stultus filius/malꝰ ſubditus vel malus diſcipulꝰ. Dicit ḡ: d Filius ſapiens/leticia eſt patris: ſiue letificat patrem: quia de profectu ſubditorum gaudēt hic prelati/⁊ in futuro coronabunt. Vñ paulꝰ dicebat Phil. iiij. a. Fratres mei chariſſimi ⁊ deſiderantiſſimi: gaudiū meū et corona mea. Gaudium in preſenti: et corona in futuro. f Filius vero ſtultus meſticia eſt matris ſue: ſcilicet eccleſie: que dolet de morte eius ſpirituali. Hiere. ix. a. Quis dabit capiti meo aquam ⁊ oculis meis fontem lachrymarum: et plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei. Idem. xxxj. c. Vox in excelſo audita eſt lamentationis et fletus ⁊ luctus: rachel plorantis filios ſuos ⁊ nolentis conſolari ſuper eos quia non ſūt. Vel d Filius ſapiens/ eſt bonū opus: qđ letificat patrem: id eſt ſuū auctorē/cū ꝑ ipſo remunerat. f Filiꝰ ſtultꝰ/malū opus: qđ meſticia eſt matris ſue: id eſt conſcientie: que cōtra illud ſp nūc remurmurat: in fine vero verme īmortali torq̄bit in eternū. h Nō proderunt theſauri impietatis: id eſt male acq̄ſiti. Vel generaliter omnes theſauri ſiue diuitie temporales dicuntur theſauri impietatis: quia vl' male acquirūtur vel male retinentur vel male expendūtur. Augꝰ. Omnis diues aut iniquuſ aut heres eſt iniqui. Ecc̃i. xj b. Si diues fueris nō eris immunis a delicto. Iſti enim theſauri non proderunt ſed oberunt: quia pro his punientur. Iaco. v. a. Aurum ⁊ argentum veſtrum eruginauit/et erugo eoruз in teſtimonium vobis erit: et manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Vel non proderūt: id eſt non liberabunt in die iudicij. Sophonie. j. d. Argentum eorum et aurum eorum non poterit eos liberare in die ire domini. i Iuſticia vero liberabit a morte: ſecunda ſcilicet: De qua Apoc. xx. d. Infernus ⁊ mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis: Hec eſt mors ſecunda. Vel/theſauri impietatis ſunt peccata. Roma. ij. a. Scđm duriciam tuam ⁊ cor impenitēs theſauriças tibi iram in die ire et reuelationis iuſti iudicij dei. Iuſticia vero eſt penitentia: que quaſi aduocatus cauſe noſtre in die iudicij nos liberabit a morte: ſi cum ea venerimus ad iudicium. Vel/theſauri impietatis/ſunt ſcientia abſcondita: que debet dari nūmularijs ad vſuram: quia cum illa abſconditur in damnum domini ſui/impietatis theſaurus dicitur: quia theſaurum impium facit. De quo Iob. xx. b. Diuitias quas deuorauit euomet: et de ventre illius extrahet eas deus: qui vult eas omnibus cōmunicari. Et hec eſt iuſticia que liberabit a morte. Iaco. vlt. d. Fratres: ſi quis ex vobis errauerit a veritate ⁊ conuerterit quis eum/ſcire debet: quoniam qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore vie ſue: ſaluabit animam eius a morte: et operit multitudinem peccatorum. k Non affliget dominus fame animam iuſti. Hec eſt tertia parabola. Ad litterā verū dicit: ꝙuis corpus exterius affligitur: Nō eñ laçari aiaз fame afflixit dñs/ſз ꝓbauit. Luc. xvj. e. Pš. Iunior fui etenim ſenui: ⁊ non vidi iuſtum derelictum: nec ſemen eius querēs panem. Pš. 36. Vel poteſt intelligi de fame ſpirituali: qua eſuritur iuſticia: que non affligit animam ſed viuificat ⁊ roborat. Vnde et ſpiritus fortitudinis ei adaptat: in Glo. ſup Mat. v. Iſta fame moritur vetus homo: ⁊ nouus homo ea viuit. Vel poteſt ītelligi de fame verbi dei: De qua Amos. viij. d. Mittam in terram famem ⁊c̃. Famem dico: id eſt deſiderium: Nam etſi iuſtus non habeat qui eum paſcat pane verbi dei exterius: tñ deus ſolo deſiderio paſcit eum interiuſ: et ideo hac fame nō affligitur anima iuſti/ſed potius ſaturatur: ſm ꝙ dicit Pš. Paraſti in dulcedine tua pauperi deus ⁊c̃. Pš. 67. Vel poteſt ītelligi de fame vitiorum: que non affligit animā iuſti: quia dominus cuſtodit eum. Sap. iiij. b. Iuſtus ſi morte preoccupatꝰ fuerit/in refrigerio erit. Et tñ eſt fames inſatiabilis: Nam quid eſt luxuria niſi fames inſatiabilis voluptatis: Quid ſuperbia niſi fames inſatiabilis dignitatum: Et de huiuſmodi dicit Iob. xxx. a. Nunc derident me iuniores tempore: quorum nō dignabar ponere patres cum canibus gregis mei: quorū virtus manuū mihi erat pro nihilo/⁊ vita ipſa putabant indigni: Egeſtate ⁊ fame ſteriles: qui rodebant in ſolitudine ſqualentes calamitate ⁊ miſeria: et mandebant herbas ⁊ arborum cortices: et radix iuniperorum erat cibus eoꝝ. Et tanguntur hic tria peccata generalia. l Et inſidias impiorum ſubuertet: id eſt ſuper eos vindicando retorquet: ſicut accidit aman: Heſter. vij. d. Vñ Pš. Pš. 7. Conuertet dolor eius in caput eius ⁊c̃. Vel/ſubuertet. i. vertet ſub: vt ſint in adiutorium que parabant ad interitum: ſicut patet in

Marginalia: j. 15. c. 95. diſ. c. eſto — Ar. † Mu j. 11. a. — Ecc̃i. 5. c. — Al. iniq̄tatis

Gen.37.f. Sicut patet in ioſeph/quē ne adorarēt fratres eius vendide/ rūt: Sed diſponente deo ideo adorauerūt quia vendiderūt: Gen. xlij.f. a Egeſtatē operata eſt man⁹ remiſſa) Quarta pabola) i.negligēs man⁹ vł ocioſa: ſm ꝙ dic̄ Aug⁹. Operoꝛ et non operoꝛ/partes ſūt ad operoꝛ. b Manus aūt fortium diui/ tias parat/eternas:

J.12.d. Ad litteraȝ: Qui eñ negligenter viuunt in hoc ſeculo/egebūt bo nis omnibus in futu/ ro: qui vero domino fortiter militant/eter/ nis diuitijs remunera buntur.J.xij.d. Ma/ nus fortium dñabun/ tur: que auteȝ remiſſa eſt tribut[illegible] ſuiet. Se/

a Egēſtatem operata eſt ma/
b nus remiſſa: mānus autem
c fortium diuitias parat. Qui
autem nititur mēdacijs/hic
d e pāſcit ventos: idēm ſequi/
f tur aues volantes. Qūi cō/
gregat in meſſe: filius ſapi/
g ens eſt: qūi auteȝ ſtertit eſta/
h te: filius confuſionis. Bē/
nedictio domini ſuper ca/
i put iuſti: ōs autem impiorū
k l ōperit iniquitas. Mēmoria
m iuſti cum laudibus: et nō/
n men impiorū putreſcet. Sā/
o p piens cōrde prēceptā ſuſci/
q piet: ſtūltus cęditur labijs.

neca. Arcū frangit intenſio: animū vero remiſſio. c Qui aūt nititur ⁊c̄. Quidā libri non habēt clauſulā hanc: pręci pue antiqui codices: nec videtur eſſe parabola: quia nō com plectitur ſimul cōmendabile ⁊ delectabile ſicut pręcedentes ⁊ ſubſequētes parabolę: et ideo forte non ſunt illa verba ſalo/ monis ſȝ ab aliquo auctore appoſita. Dic̄ g. Qui aūt nitiꝛ mēdacijs: id eſt q̄ confidit in temporalib⁹: d Hic paſ cit ventos: id eſt demones: quia ſm hebręos riſha ē ęqui/ uocum ad ſpiritum ⁊ ad flatū vel ventos ſuperbię: quib⁹ hic paſcitur. Oſee.xij.a. Ephraim paſcit ventuȝ ⁊ ſequitur ęſtū. Temporalia vero mendacia dicuntur: quia non ſoluunt qđ promittunt. Unde Aug⁹. Omnia mendacia ſunt pręter chri/ ſtum. Ecc̄i.xxxiiij.a. Quaſi qui apprehendit vmbram ⁊ per/ ſequitur ventum: ſic ⁊ qui attendit ad viſa mendacia. Uel ad litterā: Qui nititur mēdacijs/vanę laudis vel detra/ ctionis alioꝝ/vel adulationis ꝓprię: hic paſcit vētos: id eſt demones: qui dicuntur vēti propter velocitatem ⁊ ſuper/ biam: vel vanos homines. e Idem ſequitur aues volantes: id eſt verba ventoſa ⁊ inania: quibus famam ſeu mundi gloriā acquirat. Uel aues: id eſt mundi honores/nō tā conſequetur: quia fugiunt ſequētes ſe/⁊ ſequunꝭ fugientes ad modum vmbrę. Unde Hiero⁹. Hoc ſolum bonū habet mundana gloria ꝙ amatores ſuos contemnit/⁊ diligit contē/ ptores ad modum vmbrę/quam nemo fugiendo poteſt effu/ gere: nec ſequendo poteſt aſſequi. f Qui congregat in meſſe filius ſapiens eſt (Quinta parabola) Ad litteram hoc verū eſt: vt de formica.S.vj.a. Uade ad formicam o pi/ ger ⁊ conſidera vias eius: ⁊ diſce ſapientiā quę cum non ha/ beat ducē nec pręceptorem nec principem/parat ęſtate cibū

Myſtice ſibi et ꝯgregat in meſſe qđ comedat. Uel/ Myſtice. Meſ/ ſis eſt pręſens vita propter ęſtum tribulationū ac temptatio/ num. Unde Luc[illegible].x.a. Meſſis quidem multa/operarij vero pauci. Qui in hac meſſe congregat deo animas falce verbi ⁊ exempli/filius ſapiens eſt. Dicitur autem ſapiens: cui ſapiūt res prout ſūt/vel cui ſapit ſalus animarū. Uel meſſis dicitur doctrina. Unde.J.xxiiij.a. In doctrina replebuntur cella/ ria vniuerſa ſubſtantia p̄cioſa ⁊ pulcherrima. Qui cōgregat in hac meſſe manipulos verarum ſententiarū ⁊ bonarū ope/ rationū in cęleſte horreū reponendos/fili⁹ ſapiens eſt. Uel meſſis dicitur tribulatio pręſens/qua patiētia ⁊ humilitas ⁊ manſuetudo ſociantur: et ideo ceteris virtutibus pinguiores debent eſſe: quia ſemper ſūt in meſſe: Ubiq̧ enim per gratiā dei abundant contumelię/verbera/verba ignominię/iniurię/ moleſtię: quibus reficiunꝭ prędictę virtutes. Et de hac meſ/ ſe verū eſt qđ dicit dñs Luc[illegible].x.a. Meſſis quidē multa: opa rij ꝟo pauci. g Qui autem ſtertit ęſtate/filius cō/ fuſionis eſt: id eſt qui i hac vita p̄ſenti torpeſcit a bono/cō fundetur in die tribulationis. Qui ſtertit alijs ſtrepitum fa/ cit/et non ſinit fratres qui ſecum ſūt dormire: ſic detractor/ſic impatiens/ſic inobediens. Prouenit autē ſterticio ex inordi/ nata capitis poſitione: id eſt mentis q̄ indiſtincta eſt in prędi ctis peccatorib⁹. h Benedictio domini ſup caput

iuſti (Sexta parabola) in pręſenti per gratiam: i futuro per gloriam. Matth.xxv.c. Uenite benedicti patris mei ⁊c̄. Ca/ put iuſti dicit mentem ſeu animaȝ: quam dominus benedicit ſanctificando per gratiam/multiplicādo dona gratiarū ſpi/ ritualium. Aſinum vero: id eſt corpus/non multū curat hic domin⁹ phalerare: qꝛ ſi bū ſeruierit h/in fu/ turo quattuor phale/ ris: id eſt quattuor do tibus decorabit. i Os autem impio/ rū/vorax et loquax: ebrietati/detractioni/ adulationi/contume/ lijs/mendacijs/periu rijs aſſuetum: k Operit iniquitas i inferno: id eſt prop/ ter iniquitatem quam ſibi congeſſit condemnabiꝭ quaſi in pę na ſepultū: Ut patet in diuite epulone/qui plus in lingua di/ cit ſe puniri: qꝛ plus in lingua peccauit: Luc[illegible].xvj.f. Uel/os impiorū operit iniquitas: id eſt occludit ne ad cōfeſſio/ nem peccatorū aperiatur vel ad laudē dei. Ecc̄i.xv.c. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. l Memoria iuſti cū laudibus/eſt: qꝛ vita tota laudabilis fuit. Iuſti dico: id ē chriſti vel cuiuſlibet ſācti. Ecc̄i.xliiij.a. Laudem⁹ viros glo/ rioſos ⁊ parentes noſtros in generatione ſua. Itē Ecc̄i.xlix. a. Memoria ioſię in cōpoſitione odoris facta eſt: opus pig/ mentarij in omni ore quaſi mel indulcabiꝭ. Ioſias interpre/ tatur vbi eſt incenſum domini: vel in quo eſt ſacrificium do/ mini: vel in quo eſt ſalus domini: vel in quo eſt ſaluator do/ minus. Item Pſ. In memoria ęt̄na erit iuſtus ⁊c̄. m Et Pſ.111.
nomen impiorum putreſcet: id eſt deficiet. Pſ. Pe/ Pſ.9.
rijt memoria eorū cum ſonitu. Uel putreſcet/quaſi pūtre/ do i pgameno: id eſt cordibus malorū: ⁊ putrido ⁊ fetido in/ cauſto ſcriptum/ſcilicet verbis adulatorum. Hiere.xvij.b. Recedentes a te in terra ſcribentur. Dicit auteȝ putreſcet nō putreſcit: quia modo non ſentitur fetor eius: nec putridū in/ noteſcit: quia nōdum habem⁹ nares ſpirituales propꝭ aſſue/ factionē fetoris. Unde beatus Bern̄. Ubi omēs ſordent/nō ſentiꝭ fetor vnius: Sed in futuro quādo ſpirituales erimus: tūc putreſcet: id eſt putridū eſſe innoteſcet. Ecōuerſo nomen iuſtorū: qđ modo mortuū ē/in futuro reuiuiſcet. Ecc̄i.xliiij. c. Corpora eorum in pace ſepulta ſunt: ⁊ nomen eorum vi/ uet in generationē ⁊ generationem. Uel/Nomen impio/
rum putreſcet: id eſt ipſi pro eo ꝙ nomen ſuum vocaue/ Pſ.48.
runt in terris ſuis/putreſcent in ſupplicijs: vbi vermis eorum non morietur ⁊ ignis non extinguetur: Eſa.vlt[illegible].g. Econtra iuſti qui celauerūt nomina ſua in terris/ſed vocauerūt in cę/ lis/in laudibus dei in ęternum gaudebunt. Uel/Nomē im/ piorum putreſcet: id ē cauſa nominis: ſcilicet potētia/di/ uitię/corporis fortitudo. Iaco.v.a. Diuitię veſtrę putrefac/ tę ſunt. Ideo dicit Hiere.ix.g. Non glorietur fortis in forti/ tudine ſua: et non glorietur diues in diuitijs ſuis. n Sa/ piens corde/nō tm̄ ore: p Pręcepta/dei/ſuſcipiet: et ſuſcepta faciet. Unde.S.ix.c. Doce iuſtū et feſtinabit acci/ pere. Uel ſic: n Sapiens: id eſt cui ſapiūt res ſm valorē et ſaporem propriū. o Corde ſuſcipiet pręcepta/dei vel pręlati: non aure tm̄: ſicut multi qui tm̄ aurem corporis verbo dei accōmodant: cor vero eorum diuiſum eſt in mul/ tas partes. Quędam pars eſt in arca: quędam in coquina: quędam in lecto. Oſee.x.a. Diuiſum eſt cor eorum: nunc in/ teribunt. Quidam etiam in pergameno non in animo pręcę/ pta dei ſuſcipiunt. De quibus dicit apoſtolus/ꝙ auribus nō animo philoſophantur. q Stultus/vero/cęditur la/ bijs/docentis quaſi flagellis vel lapidibus: ideo ſtultus fu/ git doctrinam quaſi gladium vel ignem vel lapidem. Ecc̄i. xxj.c. Compedes in pedibus ſtulto doctrina. Uel/Stultus cędiꝭ labijs/ſuijpſi⁹/qb⁹ damnari meruit: qꝛ mors et vita in manibus linguę: q̄ diligūt eā/comedent fruct⁹ ei⁹.J.xviij.d. Item eodē.b. Os ſtulti

Item eodẽ.b.Os ſtulti cõtritio eius:⁊ labia ipſiꝰ ruina ani/
mę eius.Eccs.vi.c.Omnis labor hoīs in ore eiꝰ. a ❡Qui
ambulat ſimpliciter:ambulat confidenť.Simplici/
ter ambulat qui humiliť ambulat/ſequens eum qui vere ſim/
plex eſt:ſicut vrias.ij.Regl.xi.b. Hic confidenť ambulat:ꝗ
ſpernit aduerſa:et ꝓ h̄
J.28.c. quę facit ⁊ patitur/cõ/
fidit ſe ad patriam ꝑ/
uenturum.Uel/ſim/
pliciter ambulat:
qui idez habet in cor/
Ecci.27.c. de/ in ore ⁊ opere: ſi/
cut iob:et ideo confi/
denter ambulat/nihil
timens nec demonez
nec hoiem. Uel ſim/
pliciť ambulat: ꝗ

a Qui ambulat ſimpliciť/am/
b bulat confidenter:qui autez
c deprauat vias ſuas/manife
d ſtus erit. Qui annuit oculo
e dabit dolorem: ſtultus la/
f bijs verberabiť. Uena vi/
g tę os iuſti:os autem impiorꝫ

vna tm̄ via ābulat:quę ē chriſtꝰ. Joh.xiiij.a.Ego ſũ via ⁊c.
Cõfidenť ambulat:qui duobꝰ pedibus innitiť: id eſt pe/
de intellectus/ quo curriť ad viam veritatis:et pede affectꝰ/
quo curriť per viam pietatis ſeu miſericordię.Qui ꝟo tm̄ in/
nititur pede intellectus ad cognoſcẽdam veritatẽ:claudus eſt
vno pede.Qui ꝟo nec ꝟitati innitiť ꝑ ſtudiũ lectiõis:nec pie/
tati per exercitiũ boni operis/claudicat in duas partes:ſicut
populꝰ iſrael: quibꝰ dixit helias: Uſqꝫ ꝗ claudicatis in duas
partes ⁊c.iij.Regl.xviij.d. b ❡Qui aũt deprauat vi/
as ſuas/declinãdo a ſtrata publica per errorem/vel diſtor/
quendo a recto fine per malam intentionẽ/vł recuruãdo in ſe
per humanũ fauorem; c ❡Manifeſtus erit/ in die iudi/
cij:quãdo libri ꝯſcientiarũ aperti erunt: Daniel.vij.c.Et re/
uelabũť abſcõdita tenebrarũ ⁊ ꝯſilia cordiũ manifeſtabuť.j.
Cor.iiij.a. d ❡Qui ãnuit oculo dabit dolorẽ/ſibi.i.
puniet ꝓ h̄. Annuitio oculi ſignũ ē luxurię. Eſa.iij.c. Nuti/
bus oculorꝫ ibant: Uel ſignũ eſt irriſiõis. Ps. Qui oderũt
me grat ⁊ annuũt ocul. Itẽ eſt ſignũ fraudis. Ecci.xxvij.c.
Annuẽs oculis fabricat iniqua. e ❡Stultus labijs ver/
Ps.34. berabiť.i.pro meritis labiorꝫ punietur i inferno:ſicut diues
epulo: Lucl.xvi.f. f ❡Uena vitę os iuſti: quia ꝑ ipſuz
vita ad alios venit.Os iuſti/ diciť os chriſti:cuiꝰ verbo mul
ti receperunt vitam corporalẽ:vt laçarus: Joh.xi.f.Et etiã
ſpiritualẽ:ſicut maria magdalena: Lucl.vij.g. Item os iuſti
eſt os p̄dicatoris vel doctoris:a quibus ad alios fluunt ver/
ba vitalia. Itez os iuſti.i.chriſti/eſt ſacra ſcriptura. Eſa.xxx.
a.Et os meũ non interrogaſtis. Hoc os eſt etiaz vena vitę:
quia ab eo fluit aqua doctrinę ſaliens in vitam ęternã. Joh.
iiij.b.Qui biberit ex hac aqua quam ego ei dabo: fiet in eo
fons viuꝰ ſalientl in vitam ęternã. De h̄ etiã ſcriptũ eſt Joh.
vij.f.Qui credit in me/ ſicut dicit ſcriptura: flumina de ven/
tre eius fluent aquę viuę. Econuerſo vena mortis eſt os im/
pij.i.heretici vel detractoris vel adulatoris: quia per ipſos
deriuať mors ad alios. Oſee.xiij.d. Siccabit dn̄s venas mor
tis. g ❡Os aũt impiorꝫ operit iniquitatẽ/ſuam.ſ.ex/
cuſando vel non ꝯfitendo vel alienam adulando. De primo
dicitur.j.xxviij.b.Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigeť:qui
autem confeſſus fuerit ⁊ dereliq̄rit ea/miſericordiã ꝯſequeť.
Ps.140. Ideo rogat Ps. Non declines cor meũ in verba malicię ad
excuſandas excuſatiões i peccatis. Sicut adam ꝗ ſe excuſã/
do/peccatũ ſuũ retorſit i mulierem: Mulier inquit quã de/
diſti mihi ſociam/dedit mihi de ligno ⁊ comedi: Geñ.iij.c.
Et mulier ſe ſimiliter excuſando dixit: Serpens decępit me.
De tertio/Job.xl.c. Protegunt vmbrę vmbram eius. Et
Matth.viij.c. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.
Ibi Gregꝰ. Mortuus mortuum ſepelit: cum peccator pec/
catorem aggere adulationis premit. h ❡Odium ſuſcitat
rixas/hoīm ad inuicez iam ſopitas: vel nouas excitat.j.xv.
b.Uir iracundus ſuſcitat rixas:qui autem patiẽs eſt mitigat
ſuſcitatas.Ecci.xxij.d.Ante ignem camini vapor ⁊ fumus
ignis inaltatur:ſic ⁊ ante ſanguinẽ maledicta ⁊ ꝯtumelię ⁊ mi
nę. i ❡Et vniuerſa delicta operit charitas.ſ.vt non
videanť a deo ad puniẽdũ. Unde et charitas palliũ dr/Eſa.

xxviij.f.Breue pallium/ vtrunqꝫ operire non poteſt.Dici/
tur etiam amictus/quem dominꝰ expandit ſuper peccata no/
ſtra ne videat ad puniendum : et tñ nos reijcimus eum a no/
bis. Unde Ezech.xvi.a. Expandi amictũ meum ſuper te:et
operui ignominiã tuam.Et.j.eodẽ.b.Tu aũt habẽs fiduciã

h operit iniq̄tatẽ. Odium ſu/
i ſcitat rixas:et vniuerſa deli/
k cta operit charitas. In la/
bijs ſapientis inuenitur ſa/
l m pientia:et virga in dorſo eiꝰ
n qui indiget corde. Sapien/
tes abſcondunt ſcientiam:

in pulchritudine tua:
fornicata es in nomi/
ne tuo. Hęc eſt veſtis
nuptialis ſine qua ꝗli i.Pet.4.b.
bet eijcieť a nuptijs.
Matth.xxij.b. Ami/
ce quomodo huc in/
traſti non habens ve/
ſtem nuptialez: At il/
le obmutuit: Tũc di/
xit rex miniſtris: Li/
gatis manibus ⁊ pedi
bus eius/mittite eum in tenebras exteriores. Ideo dicit io/
hannes/ Apocl.xvi.c. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua
ne nudus ambulet. Eccs.ix.b. Omni tempore ſint veſtimẽ/
ta tua candida. k ❡In labijs ſapientis inuenitur ſa/
pientia:ſicut theſaurus in agro. j.xxi.c. Theſaurus deſi/
derabilis ⁊ oleum in tabernaculo iuſti. Item ſicut pabulum ī
horreo. Unde ſicut ex horreo frumentũ:ſic ex ore prelati re/
quiritur verbi pabulum. Malach.ij.b. Labia ſacerdotis cu/
ſtodiunt ſcientiam: et legẽ ex ore eius requirent. l ❡Et vir/
ga:id eſt flagellum: m ❡In dorſo eius ꝗ indiget cor
de:id eſt qui caret ſapientia. In dorſo autem non in facie di/
citur ſtultus flagellari:quia peccata ſua non videt: vel qr ve/
latam habet faciem mentis: vt etiam non videat ad quid fla/
gelletur. Uel/In dorſo:id eſt in nouiſſimis. Unde et ꝺ ma
lis ſemper legitur/ꝙ dn̄s percutit eos in posteriora.j.Regl.
v.b. Percuſſit dn̄s in ſecretiori parte natium açotum ⁊ fines
eius. Ps. Percuſſit inimicos ſuos in poſteriora. Item.iij. Ps.77.
Regl.xvi.a.Ecce ego demetam poſteriora baaſan ⁊ poſte/
riora domus eius. Dicitur autem ſtultus non habere cor.
Oſee.vij.c.Factus eſt ephraim quaſi columba ſeducta non
habens cor. Eſt enim cor quaſi auis/ quę per minimũ fora/
men euolat de cauea: vel ſicut aqua quę per minimam rimulã
effluit:ſic cor humanum per modicam cogitationez aut vni/
cum aſpectum euolat. Unde Ps. Cor meum dereliquit me. Ps.39.
Berñ. Nihil fugacius humano corde. Eſt etiam cor quaſi
pauper ioculator:qui nunqꝫ vult eſſe in proprio hoſpitio/ ſ
ſemper in alieno. Ideo virga neceſſaria eſt ei/qui indiget cor/
de: quia per virgam tribulationis redit cor ad domũ. Eſa.
xxviij.c. Sola vexatio tm̄modo dabit intellectum auditui.
Hiere.vi.b.ſm Septuaginta. Per omne flagellum ⁊ dolo/
rem erudieris hieruſalem. n ❡Sapientes abſcondũt
ſcientiam: multis de cauſis. Primo propter incapacita/ Altiora ſunt ta/
tem audientium.j.Corl.ij.a. Non iudicaui me aliquid ſcire cenda multl de
inter vos niſi ieſum chriſtum ⁊ hunc crucifixum. Et poſt.b. cauſis
Sapientiam loquimur inter perfectos : qui ſcilicet capaces
ſunt. Secundo propť indignitatem audientiũ. Matth.vij.
a. Nolite ſanctum dare canibus : neqꝫ mittatis margaritas
veſtras ante porcos. Tertio propter periculum quod immi/
net auditoribus/ſi eis de arduis fiat ſermo. Unde Exo.xxi.
d.Si quis aperuerit ciſternam ⁊ foderit ⁊ non operuerit eam
cecideritqꝫ bos aut aſinus in eam : dominus ciſternę reddet
precium iumentorum. Ciſternam aperire/ eſt profunda ſcri/
pturarum predicare. Quarto propter irriſionem auditorũ.
Sup.ix.b. Noli arguere deriſorem ne oderit te. Quinto ꝓ/
pter temporis inoportunitatem. Ecci.xx.a. Homo ſapiens
tacebit vſqꝫ ad tempus : laſciuus autem et imprudens non
ſeruabit tempus. Sexto propter ſexus infirmitatem. j. Ti/
moth.ij.d. Docere autem mulieri non permitto. Septimo
propter loci inconuenientiam. Matth.x.c. Qꝺ in aure audi/
tis:predicate ſuper tecta:id non in abſcõdito. Unde verſus.
Os iuſti/locus/et tempus/perſona/reatus: Infirmus/rudis
indignus claudere poſſunt. Sed nota ꝙ eſt taciturnitas ma/ Male taciturni
la:cuiꝰ multiplex ē cauſa. Quãdoqꝫ timor:quãdoqꝫ pecunia: tatis octo ſunt
qñqꝫ ranũculus i ore cauſe

qñq3 ranũculus in ore: quãdoq3 ignorãtia: quandoq3 negli/
gentia: quãdoq3 cauteriata ꝯſciẽtia: quãdoq3 odiũ: quãdoq3
amor mal⁹. Eſt etiã taciturnitas bona: cui⁹ multę ſunt cauſę:
vt ſupnotatũ eſt. Item eſt apertio oris mala: quę qñq3 fit cauſa
q̃ſtus: quandoq3 fauoris: quandoq3 curioſitatis: quandoq3

a b c d Os autem ſtulti confuſioni
proximum eſt. Subſtantia
diuitis vrbs fortitudis ei⁹:
e f pauor pauperũ egeſtas eo/
g rum. Opus iuſti ad vitam:
h i fructus autem impij ad pec
k catum. Viã vitę cuſtodienti
l diſciplinam: qui autem in/
crepatiões relinq̃t errat. Ab
m n ſcondũt odiũ labia menda/
o cia: qui ꝑfert ꝯtumeliã: inſi/
p q piẽns ẽ. In multiloquio nõ
r deerit pctĩn: qui aũt mode/
s ratur labia ſua / prudẽtiſſim⁹
t eſt. Argẽtũ electum lingua
v iuſti: cor aũt ipior ꝑ nihilo.
x y Labia iuſti erudiunt pluri/
z mos: q̃ autem indocti ſũt in
cordis egeſtate morientur.
a Bñdictiõ dñi diuites facit:

Male loquaci/tatis ſeptem ſũt cauſe adulationis: quãdoq3
detractiõis: quãdoq3
ſubuerſiõis: quãdoq3
j.18.b. irriſiõis. Eſt etiã aper
Bone locutio/nis triplex ẽ cã tio oris bona: ⁊ huiuſ
modi tñ triplex ẽ cau
ſa: ſcilicet honor dei/
ędificatio proximi/ ꝑ/
fectus ſui. Sequitur:
a Os autem ſtul
ti: qui vel inordinate
bona vel aperte mala
loquitur vel nec ꝑ lo/
co et tempore: b
Cõfuſiõi. i. ignomi/
nię c Proximũ eſt: vt ꝯfũdat vl' ꝯfũdat: q2 ſtulte loquit.
Infra. xv. a. Os fatuor ebullit ſtulticiã. Vel/ Confuſioni
proximũ eſt: id ẽ effuſioni: q2 totũ ſe effũdẽs quaſi diluuio
verbor immergit auditores. j. xxix. b. Totum ſpiritũ ſuũ ꝑ/
fert ſtultus. Unde ⁊ hor gratię dicunt effundi/ Eccj. xx. b.
Gratię fatuor effundent. d Subſtãtia diuitis vrbs
fortitudinis eius. Ad litterã diues cõfidit in diuitijs q̃ſi
in vrbe munita. e Pauor pauperũ: id eſt cauſa pauo
ris pauperũ/ eſt/ f Egeſtas eor: Semp eni timẽt ne de/
Myſtice ficiant. Vel myſtice ſic. Diues ẽ qui habet deum: id eſt quili/
bet electus/ cuius ſubſtantia tota eſt affluentia ſpũaliũ diui/
Ps. 58. tiarũ: qui dic: Et nũc q̃ eſt expectatio mea: nõne dñs: ⁊ ſub
ſtantia mea apud te eſt? Hęc affluẽtia eſt vrbs elector: cui⁹
vallum eſt contempt⁹ terrenor: murus/ ſpes: antemurale/ pa/
tientia: turris/ humilitas: fons turrem muniẽs/ luctus: riuul⁹
huius fontis lauans omnes ſpurcitias domus/ aqua lachry/
marũ: ſpeculator/ prudẽtia: ianitor/ obediẽtia: rector ſiue do/
minus/ charitas: cuſtodeſ/ iuſticia/ temperãtia/ fortitudo. In
hac vrbe refugium eſt cunctis/ ibi ſalus. Unde. Eſa. xxvj. a.
Urbs fortitudinis noſtrę ſion: ſaluator ponet in ea mur⁹ et
Ps. 89. antemurale. Ad quem ſolũ ꝯfugiendũ eſt. Ps. Dñe refugiũ
factus es nobis. e Pauor pauperũ: id eſt humilium.
f Egeſtaſ eorum/ vitę. ſ. ſpiritualis: Nihil eni aliud timẽt
niſi huius tepis egeſtatẽ: pręſentẽ vero egeſtatẽ corpis di/
uitias ęſtimant. g Opus iuſti ad vitam: ęternã acq̃rẽ/
dam exercetur. Illa enim merceſ ipſius ẽ. Vñ Matth. xx. b.
Denarius datur laborantib⁹ in vinea dñi. Vel ad vitã gratię
ꝯſũmãdã ⁊ pficiendã. Nam fides ſine operib⁹ mortua eſt.
Iaco. ij. d. h Fructus aũt impij: id eſt opera: i Ad
peccatũ/ tendunt vel trahũt: quia peccatũ qd per pęniten/
tiam non diluit: mox ſuo pondere ad aliud trahit. Unde Eſa.
v. c. Vę qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis: ⁊ q̃ſi
vinculũ plauſtri peccatũ. Opera impij dicunt fructuſ impij:
quia his paſcit ⁊ fruit in pręſenti. Roma. vj. d. Quem fruc/
ctum habuiſtis in illis in q̃bus nũc erubeſcitis? Vel quia q̃ſi
ſemina fructificant ei ad pęnam. Ecc⁹. vij. a. Fili ne ſemines
mala in ſulcis iniuſticię: ⁊ nõ metes ea in ſeptuplũ: quia quę
ſeminauerit homo hęc ⁊ metet: Gal. vj. b. Vel ideo dicuntur
fructus: quia totum hic recipit impius: vlterius autem nihil
niſi pęnã. Matth. vj. a. Amen dico vobis: recęperũt mer/
cedem ſuam. k Via vitę/ duplic/ eſt cuſtodienti diſci
plinam/ flagellor et verberum. Diſciplina eni hęc eſt atri/
um regni cęleſtis p qd oportet itrare. Act. xiiij. d. Per mul
tas tribulationes ⁊c. Etiam ipſum regem oportuit intrare i
regnũ ſuũ per iſtud atriũ. Luc. vlt. d. Nonne oportuit pa/
ti chriſtũ ⁊ ſic intrare in gloriam ſuã? Hęc eſt rhomphęa ig/
nea poſita ante portam paradiſi: Gẽn. iij. d. Verſatilis q̃dez
bonis: malis ꝟo reijcientib⁹ eam/ ſtabilis. Eſa. xxx. g. Et erit
tranſitus virgę fundat⁹. Trãſitus bonis: fundat⁹ malis. Vñ
et crux alteri latronũ fuit via in cęlum: alteri via ad infernũ.

l Qui autem increpatiões/ dñi/ relinquit/ errat: q2
extra viam eſt. Vl' ideo errat: quia mala reputat quę optima
ſunt. ſ. paupertatẽ/ infirmitatẽ/ temptationem/ et cęteras dñi
increpatiões. Iob. v. c. Increpationeſ dñi ne reprobeſ. Eſa.
v. c. Vę qui dicunt bonũ malum: ⁊ malum bonũ. m Ab/
ſcondunt odium:
id eſt in corde tegunt.
n Labia menda/
cia: id eſt adulatores
qui verbo exteri⁹ blã/
diuntur: ⁊ gladio pec/
cati mentem interius
occidunt. Unde. ij.
Regl. xx. c. dixit io/
ab ad amaſan: Salue
mi frater: et tenuit ma
nu dextera mentum
amaſę quaſi oſculans
eum: porro amaſa nõ
obſuabat gladiũ quẽ
habebat ioab: q̃ percuſſit eũ in igmine et effudit iteſtina eius
in terrã. Vel ſic: m Abſcõdũt odiũ labia mẽdacia
id eſt ſimulatores latẽs odiũ i corde celãt. o Qui ꝑfert
ꝯtumeliã. i. ꝯuitia ꝓximo: p Inſipiẽs eſt. i. inſipientẽ
ſe eſſe oſtendit. Vel inſipiens eſt: quia inſipidum habet pala
tum: q2 ipſum venenũ ſapit ei. q In multiloquio nõ
deerit peccatum/ temeritatl vel ſupfluitatl ſeu ocioſitatl:
qd culpa non caret. Unde Eſa. lviij. c. Si deſieris extendere
digitũ ⁊ loqui qd non ꝓdeſt: necdũ qd obeſt. Itez Matth.
xij. c. Dico vobis q2 de omni ꝟbo ocioſo qd locuti fuerint ho
mineſ/ reddent rationẽ de eo in die iudicij. Greg⁹. Ocioſum
verbũ eſt qd caret intentiõe pię vtilitatl/ aut ratione iuſtę ne
ceſſitatl. Id dic Ecc⁹. xxij. d. Quiſ dabit ori meo cuſtodiã: ⁊
ſup labia mea ſignaculũ certum vt non cadam in ipſis: ⁊ lin/
gua mea perdat me? r Qui autem moderatur labia
ſua: ne quid nimiſ/ ne q̃d parũ loquat: s Prudentiſſi
mus eſt: quia in moderamiẽ linguę eſt cumulus noſtrę mo/
derationiſ/ qd paucor eſt. Iaco. iij. b. Linguã nullus homi/
nũ domare poteſt: Eſt eni inq̃etũ malũ/ ⁊ plena veneno mor
tifero. Et. s. a. Si q̃s i ꝟbo nõ offẽderit: hic pfect⁹ ẽ vir. Itẽ
Cato. Proxim⁹ ille deo ẽ q̃ ſcit rõne tacere. t Argẽtũ ele
ctũ lingua iuſti. i. nitẽs ⁊ ſuauit ſonãs vt argentũ electũ:
⁊ ꝓbata ⁊ examiata i fornace diſcretiõiſ anteq3 loquat. Eccj
xxviij. d. Argẽtũ tuũ ⁊ aur ꝯfla. i. cũ argẽto eloquẽtię/ miſce
aurũ diſcretiõis: vt pus veniãt verba ad limã q3 ad linguaz.
v Cor aũt impior ꝑ nihilo/ habet ab eo: q2 nõ curat
de eius cuſtodia vel mũdicia: vel q2 ipſum pro nihilo dat. i.
ꝑ humano fauore/ aut delitijs carniſ/ aut diuitijſ mũdi: q̃ oia
nihil ſunt. Eccj. x. b. Nihil iniquius q3 amare pecuniã: hic eni
et aiam ſuã venalẽ habet: qm in vita ſua ꝓiecit intima ſua.
Vel/ Cor impior ꝑ nihilo. i. nihilum reputat a deo: q2
vanũ ẽ/ ⁊ vana cogitat/ ⁊ cito ſecreta reuelat. Vñ Ecci. xxj. d.
In ore fatuor cor eor. Vel q2 cito diligit: vl' cito odit: ⁊ pro
nihilo vel ꝑ modico verbo. Vñ Eccj. xxvij. b. Hõ ſtult⁹ ſic
luna mutat. x Labia iuſti. i. chriſti. ſ. duo teſtamẽta: vel
doctores duor teſtamentor: y Erudiũt plurimos. i.
extra ruditatẽ ponũt: remouẽdo ab eiſ rubiginẽ pcti ⁊ formã
do ex eis vaſa mũdiſſima deo. j. xxv. a. Aufer rubiginẽ de ar/
gento ⁊ egrediet vas puriſſimũ. z Qui aũt indocti ſũt
in cordiſ egeſtate morient. i. in pauptate ſpũali: q̃ ẽ de/
fect⁹ ſapię ⁊ ꝟtutl. Indoctos eni vocat/ q̃ doceri nolũt. Vel
in egeſtate cordis. i. ꝑ egeſtate cordiſ. i. q2 nõ habẽt cor.
Vel/ in egeſtate cordis morient: q2 nõ habẽt doctrinã
q̃ ſe tueant a pluuijſ ⁊ grãdinib⁹ tẽptationũ. Vñ Aug⁹. Qui
indocti ſũt: nudi ſub pluuia ſũt. Eſa. v. d. Propterea captiu⁹
duct⁹ ẽ pplſ me⁹ q2 nõ habuit ſciam. a Bñdictio dñi
dextrę. ſ. diuites facit: hic virtutib⁹: in futuro oib⁹ bonis.
Sed duplex eſt benedictio dñi. ſ. benedictio ſiniſtrę: id eſt col
latio bonor temporaliũ. Hęc diuitẽ nõ facit ſed inanẽ. Eccs
v. b. Auarus nõ implebit pecunia. Et quid mirũ? Quia ipſa
arca repletur. Sed

arca replet. Sȝ impoſſibile ē eodē tempore duo loca diuerſa ſimul ⁊ ſemel repleri. Tulli⁹. Anim⁹ nō arca diues ſolet appellari. Seneca. Si vis te diuitē facere/ nō diuitijſ addēdū ſ cupiditati detrahendū eſt. Eſt ⁊ bñdictio dextrę .ſ. collatio bonorū ſpūaliū: hęc diuites facit: id eſt ſufficientes ⁊ nullo indigentes vel egentes.

a Nec ſociabitur eis afflictio.
b Quaſi per riſum ſtult⁹ ope-
c ratur ſcelus: ſapientia autē
d eſt viro prudentia. Quod ti-
met impius veniet ſuper eū:
e deſiderium ſuum iuſtis da-
f bitur. Quaſi tempeſtas trāſ-
g iens nō erit impius: iuſtus
autem quaſi fundamentum
h ſempiternum. Sicut acetū
dentib⁹/ et fumus oculis: ſic
piger his q̄ miſerūt eū ī via.
i Timor dñi apponet dies:
k
l et anni impioꝝ breuiabunt.

B a Nec ſociabitur eis afflictio/ in futuro: quia erunt in requie opulenta: ſicut dicit Eſa. xxxij. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis ⁊ in tabernaculis fiducię ⁊ in requie opulenta. Uel in pręſenti: quia iuſtis ipſa tribulatio pręſens/ gaudium eſt non afflictio. ī. xij. c. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. b Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus: id eſt gaudēs ſcelus perpetrat/ non pręuidēs ꝙ ſceleris gaudia ſequatur vltionis pęna. ī. xiiij. b. Riſus dolore miſcebitur: et extrema gaudij luctus occupat. Uel ſic: Per riſum ſtultus operatur ſcelus: id eſt q̄ ſi ludendo alios opprimit vel aliena furatur: ⁊ cum forte dephenditur dicit/ ꝙ ludendo faciebat. ī. xxvj. c. Sicut noxius ē qui mittit lanceas ⁊ ſagittas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo: ⁊ cum deprehenſus fuerit: dicit ludēs feci. c Sapientia autem eſt viro prudentia: id eſt ſapientia qua ſcilicet omnia ſapiunt ſm valorem ⁊ ſaporem proprium/ facit virum ſapientem ſiue prudentem/ vt ſciat eligere bonum ⁊ reprobare malum: ⁊ pręuidere quid ſtultorū gaudium ſequatur: et quid correctionem iuſtorum vel afflictionem d Qd timet impius veniet ſuper eum: ſcilicet diſtrictio iudicij deſup veniens ⁊ inferius premēs. Impium dicit: peccantem ſcienter. Sup. j. c. Ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo ⁊ ſubſannabo cum vobis qd timebatiſ aduenerit. e Deſiderium ſuum iuſtis dabitur: id eſt qd iuſti deſiderant hic/ dabitur eis in futuro: ſcilicet eſſe cū chriſto. Phil. j. d. Deſideriū habēs diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. f Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impi⁹: id ē impi⁹ ⁊ pſecutiōis ei⁹ tēpeſtas ī iuſtos cito deficiet. Pſ.
Pſ. 36. Uidi impium ſuperexaltatum ⁊ eleuatum ſicut cedros libani: et tranſiui ⁊ ecce non erat: et quęſiui eum: et non eſt inuentus locus eius: id eſt proſperitas temporalis. g Iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum/ fundato in chriſto petra: omne quod ſe premit portans quaſi columna fortis. Apoc. iij. c. Qui vicerit faciam eum columnam in templo dei mei. h Sicut acetum dentibus/ nocet/ et fumus oculis: ſic piger his qui miſerūt eum ī via/ ad aliquid faciendū/ qd propter pigritiam nō facit: ⁊ ſic no-
Myſtice cet dño ſuo qui miſit eū. Myſtice/ Per acetum qd a vino degenerat/ ſignificat hereticoꝝ doctrina: q̄ a v̄itate eccleſiaſticę doctrinę degenerat. Similiter p fumū q̄ ab igne eleuat in altum/ ſignificat ſuperba doctrina hereticorum: quę quāto plus extollitur: tanto plus euaneſcit. Dentes vero ⁊ oculi ſunt eccleſię doctores/ pręadicatores/ pręlati: qui recta pręuident/ ⁊ ſpiritualia alimēta ei ſuggerunt. Per pigrum accipitur quilibet catholicus male viuens. Eſt igitur ſenſus. Sicut acetum ⁊c. id eſt ſicut hereticorū perfidia doctoribus/ pdicatorib⁹ ⁊ pręlatis moleſtias generat ⁊ lachrymas excitat: ſic male viuens catholicus grauis eſt his qui miſerunt eum in via huius mundi vt doceret viam vitę ⁊ fidem ſuam ope-
Moraliter ribus demonſtraret. Moraliter autem exponitur de legatis miſſis a ſuperiori: ſiue de omnibus habētibus curam animarū: qui mittunt a ſuperiorib⁹ pīlatis docere veritatē/ corrigere errores/ inſtruere fidem/ et reformare mores. Sed ipſi legati ſępe propter pigritiam aut negligentiaȝ/ aut auariciā/ aut maliciam/ aut ignorantiam ſine fructu vacui reuertunt: nisi forte pleni pecunia ⁊ peccatis. Iſti ſunt ſimiles illis qui mittuntur vt apportent aquā: ⁊ ipſi apportant lutum in vaſis ſuis vel vaſa vacua: qd magn⁹ pudor debet eſſe. Hiere. xiiij. a. Maiores miſerūt minores ſuos ad aquā: venerūt ad hauriendum: ⁊ non inuenerunt aquam ⁊ reportauerunt vaſa ſua vacua: et confuſi ſunt et afflicti: et operuerunt capita ſua propter terrę vaſtitatem: quia non venit pluuia in terra: Confuſi ſūt agricolę ⁊ operuerunt capita ſua: nam et cerua in agro peperit ⁊ reliquit: quia nō erat herba. Tales legati ſūt his qui miſerunt eos: Sicut acetum dentibus et fum⁹ oculis: id eſt cauſa damnationis ęternę: vbi erit fletus quo ad fumū: et ſtridor dentium/ quo ad acetum. Uel ſunt acetū dentib⁹: id eſt ſtupor pręadicatoribus: quia propter geſta eorum pręadicatio impeditur. Ezech. xviij. a. Patres comederūt vuam acerbam ⁊ dentes filiorum obſtupeſcūt. Sunt etiam fumus oculis: id eſt cauſa fletus bonis pręlatis: qui ſunt oculi eccleſię. Cant. iiij. a. Q̄ pulchra es amica mea/ q̄ꝫ pulchra es et decora: oculi tui columbarum: abſqꝫ eo ꝙ intrinſecus latet: id propter eos qui iam ſunt in patria decori gloria: pulchra eſt eccleſia in viuis per bonam cōuerſationem. Dentes eccleſię ſunt doctores ⁊ pręadicatores: qui debent ex officio omnes beſtias peccatorum: id eſt quadrupedia ⁊ volatilia ⁊ reptilia deuorare: ⁊ corpori eccleſię īcorporare: ſicut dictum eſt petro: Act. x. b. De his dentibus dicitur Cant. iiij. a. Dentes tui ſicut greges tonſarū quę aſcēderūt de lauacro. Dentes vero in pueritia ⁊ in ſenio putreſcunt ⁊ cadunt: in ſola iuuentute ſtant. Unde videt ꝙ eccleſia iam ſenex effecta ſit: quia dentes eius ꝓ maxima parte ceciderūt/ et reſidui putrefacti ſūt: vt iam non valeant paruulis frangere panem ſacrę ſcripturę licet eſuriant. Thren. iiij. a. Paruuli petierunt panem ⁊ nō erat qui frageret eis. Non poteſt etiam iam dura manducare: id eſt aliquas tribulationes vel temptatiōes ſuſtinere: ſȝ tm̄ ſorbitiūculas abſorbet: quales fecit thamar amnon fratri ſuo ⁊ corrupta eſt ab eo. ij. Reg. xiij. b. Hos dentes frangere conatur diabol⁹ pluralitate beneficiorum quaſi malleo duriſſimo. Thren. iij. b. Confregit ad numeꝝ dentes meos: cibauit me cinere. Item caligauert etiā oculi eccleſię pręnimia ſenectute/ ita vt iā nō videat quibus ⁊ qualib⁹ det ſuam benedictionem: ſicut legitur Gen. xxvij. a. Senuit iſaac ⁊ caligauerūt oculi eius ⁊ videre nō poterat: Unde ⁊ neſciuit cui benedictionem ſuam daret. Item Eſa. lvj. d. Speculatores tui cęci omnes. Contrariū legitur de moyſe Deut. vlt. c. Moyſes centū et viginti annoꝝ erat qn̄ mortuus eſt: nō caligauit ocul⁹ eius/ nec moti ſūt dentes illi⁹. i Timor dñi/ ſcilicet amicabilis ſeu filial: k Apponet dies/ vitę pſent: ad lraȝ: vt patet ī Ezechia. iiij. Reg. xx. b. Addā dieb⁹ tuis q̄ndecim annos. Dies ęt̄nos. Eccl. j. b. Timor dñi delectabit cor ⁊ dabit gaudium ⁊ lęticiam in longitudinē dierū. Uel dies ſpirituales: id eſt mentis illuminationes: eo ꝙ expellit tenebras peccatorum. ī. xvj. a. In timore domini declinatur a malo. Eccl. j. c. Timor domini expellit peccatum. l Et anni impiorum breuiabuntur: quia propt peccata ſua ꝑueniunt morte. Unde Pſ. Uiri ſanguinū ⁊ doloſi nō dimidiabūt dies ſuos. Item Iob. xv. d. Anteqꝫ dies ei⁹ impleantur peribit. Breuiant autē a domino dies impiorū miſericorditer/ ne plus viuendo peiores fierent: ſicut aliqn̄ medietas alicuius membri pſcindit/ ne reſiduū corrumpat. Eccl. x. b. Breuem lāguorem pręcidit medic⁹: ſic et rex hodie eſt ⁊ cras morit. Uel/ Dies impiorum breuiabūtur: quādo breuis proſperitas eis ſubito aufertur. Sap. v. c. Mox nati

Al. iuſte

Al. nō hȝ ſin via

Pſ. 54.

c. Mox nati cõtinuo deſinimus eſſe. Uel Breuiabunt: id eſt breues reputabuntur quantumcunq̄ vixerint. Unde Sap. iij. d. Filij adulterorꝝ in cõſummatione erunt: et ab iniquo thoro ſemen exterminabitur: et ſiquidem longe vite erunt: in nihilum computabuntur: ⁊ ſine honore erit nouiſſima ſenectꝰ eorū. a Expectatio iuſtorum: id eſt ſpes vel longanimitas:

b Leticia: id eſt radix leticie future q̄uiſ hic ſit triſticia. Joh. xvj. d. Dico vobiſ: q̄z plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit: vos aūt cõtriſtabimini/ſed triſticia vr̄a vertet in gaudiū. Uel ſic: Expectatio iuſtorū. i. ipſū expectatū: ē/

a b Expectatio iuſtorū leticia:
c ſpes autem impiorum peri
d e bit. Fortitudo ſimplicis viā
f domini: et pauor his q̄ ope
g rantur malū. Juſtus i eter
num non cõmouebitur: im
h pij aūt nõ habitabūt ſuꝑ ter
i ram. Os iuſti parturiet ſapi
k entiam: lingua prauorū per
l ibit. Labia iuſti conſiderant
m placita: ⁊ os impiorum per
uerſa. Capi. XI
n Statera doloſa abominatio ē apud deū:

leticia: id ē iuſti expectāt leticiā q̄ſi mercedē triſticie ſue. Eccl. xj. c. Bn̄dictio dei in mercedē iuſti feſtinat. Uel Expectatio iuſtorꝝ leticia: id ē leticia ⁊ ꝯgratulatio angelorꝝ expectat iuſtos. Uel ideo: quia iuſti cum leticia quaſi ſecuri expectant. j. xvij. b. Gemma gratiſſima expectatio preſtolantis. Item Phil. iij. d. Saluatorē expectamꝰ dn̄m noſtrū ieſum chriſtū: qui reformabit corpus humilitatꝭ noſtre configuratū corpori claritatis ſue. Ut aūt expectemꝰ monet dn̄s Luc. xij. e. Et vos ſimiles homibꝰ expectantibus dn̄m ſuū q̄n reuertat a nuptijs. c Spes autē impiorꝝ ꝑibit. i. ꝓſumptio qua ꝓſumūt ſe requiē habituros in futuro/vel nihil futuros. Nec ē ꝯtrariū qḋ hic dicit/ei qḋ dicitur. ſ. eodem. Qḋ timet impius veniet ſuper eum. Sūt eni quidam ſcientes iudiciū fore/et malos eſſe puniēdos ⁊ tn̄ nihilominꝰ negligētia vel deſperatione vel etiam induſtria peccāt: Et de his dictum eſt: qḋ timet impiꝰ veniet ſuper eū ⁊c. Sūt aūt alij qui mala q̄ hic fiūt non puniēda putāt: ſed ſicut bona remunerāda: De his dr̄ hic: Spes impiorꝝ ꝑibit. d Fortitudo ſimplicis/que ſine plica duplicitatꝭ eſt: q̄ non loquit in corde ⁊ corde: Eſt e Uia dn̄i. i. obſeruātia mandatorū in quibus cõfidit. Uel Uia dn̄i/eſt miſcḋia per quā maxime venit ad ipſum ⁊ ipſe ad nos. Hec eſt fortitudo ſimpliciū: q̄ non nouerūt ſecreta myſteria ſcripturarū. Unde Glo. Si obſcura ſcripturarū cõprehēdere nõ potes: non de ſalute deſperes/ſed gradere viam dn̄i: age bona que noſti/et inter fortes cõnumeraberis. Uel ſimplex dicit non diuiſus: vtrūq̄z pedem habens in via dn̄i. Pedem intellectꝰ in veritatis cognitione: pedem affectus in bonitatꝭ amore: et talis fortis eſt: quia ipſum totaliter fulcit ⁊ portat dn̄s. Alij ſūt claudicantes: qui pedem intellectus habēt in cognitiõe veritatis: ſed non pedem affectus i amore bonitatꝭ. De q̄bus Eccl. ij. c. Ue duplici corde ⁊ labijs ſceleſtis ⁊ manibꝰ malefaciētibꝰ: et peccatori terrā ingrediēti duabꝰ vijs. f Et pauor his q̄ operantur malū/ſupple eſt via dn̄i: Nam ſicut vmbraticus equus vmbra terret: ſic vetus homo p̄ceptis dn̄i. Eccl. j. d. Execratio peccatori cultura dei. Item Leuit. xxvj. f. Terrebit eos ſonitus folij volantis: ⁊ ita fugient quaſi gladium. g Juſtus in eternū non cõmouebit. i. ſeꝑabit a deo: quia fundatus eſt ſupra firmā petram. Un̄ Roma. viij. g. Certus ſum q̄ neq̄z mors neq̄z vita neq̄z creatura aliq̄ poterit nos ſeꝑare a charitate chriſti. Ul' ſic: Juſtus in eternū non cõmouebit. i. eterna cõmotione: licet in p̄ſenti flagellis ⁊ tribulationibꝰ corpore moueat: tn̄ fixus manet mente in deo. Sap. iij. a. Juſtorꝝ anime in manu dei ſūt: ⁊ nõ tanget illos tormentū malicie. Terra ꝟo. i. caro/data eſt i manꝰ impij: Job. ix. c. h Impij aūt nõ habitabūt ſuꝑ terram/ viuentiū: quia habitationē ſuam habuerūt i terra morientiū. Apocl. viij. d. Ue ve ve habitātibꝰ in terra. Uel ſic: Impij non habitabūt ſuper terram. i. non erunt ciues eccleſie triumphantis: quia non fuerunt ciues eccleſie militātis. Unde q̄n regnū veniet ad regnū vt fiat vnū ouile et vnꝰ paſtor excludent foras tanq̄z extranei. Uel iḋ impij nõ habitabūt ſuper terram viuentiū: quia nõ habēt illa quattuor/ſine quibus nemo ibi poteſt habitare. ſ. inocentiā opis/mūdiciam cordis/mentis ſtabilitatē/oris veritatem. Unde propheta. Quis aſcendet in montem domini ⁊c. Innocens manibꝰ et mundo corde. Ps. 23. Uel certe ideo nõ habitabunt ſuper terrā impij: quia habitant ſub terra: id eſt in inferno/qui eſt ſub terra: vt dicit beatus Gregꝰ. i Os iuſti parturiet ſapientiam: id eſt cū gemitu ⁊ dolore et p̄meditatiõe docebit alios. A 45. diſ. c. ol Uel Os iuſti/itelligit intellectꝰ aie ſctē/ ꝑ quē panis vite traijcit in ventrē affectꝰ ꝑ meditationē ⁊ laborē: q̄ in h̄ ꝟbo parturiet qḋ ē meditatiuū ſignificat. Uel Os iuſti. i. chriſti/ē q̄libet p̄dicator vel doctor: qui cum dolore ⁊ meditatiõe debet parere ſapientiā. i. in lucem ꝓferre. Libentius eni audit ſermo p̄dicatoris: quādo profert cum dolore cõpaſſiõis: ſicut dicit Gregꝰ. De h̄ dicit Apocl. xij. a. Clamabat mulier: id eſt predicator: parturiens ⁊ cruciat vt pariat. Gal. iiij. c. Filioli mei quos iterū parturio donec formet chriſtꝰ in vob. k Lingua prauorꝝ ꝑibit. i. praui ꝓpter peccatum lingue peribunt: ſicut diues epulo: Luc. xvj. f. l Labia iuſti ꝯſiderant placita. i. iuſtuſ anteq̄z loquat ꝯſiderat apud ſe vt loquat placita deo ⁊ hoibus. Roma. xij. d. Prouidentes bona: non tm̄ coram deo/ſed etiā coram hoibꝰ. m Et os impiorꝝ ꝑuerſa/ſupple ꝯſiderat. i. ex induſtria ꝑuerſa loquntur detrahēdo ⁊ diſcordias ſeminādo.

Expoſi. Capi. XI.

Statera doloſa ⁊c. Hoc capitulū ſatis congrue p̄cedenti ꝯtinuat. Nam in fine p̄cedentis capituli docuit ſalomon ſimplicitatē ⁊ iuſticiā eſſe placitā deo: Et quia ꝯtraria iuxta ſe poſita magiſ eluceſcūt: vt dicit phs: ideo in principio huius capituli oſtendit q̄ duplicitas ⁊ dolus ſunt abominabilia apud deū. Unde dicit: n Statera doloſa/pecunie vel iudicij: quo q̄s alios malos ⁊ ſe bonū iudicat: vel quo ſua geſta meliora q̄z ꝓximi iudicat/⁊ mala ſua leuiora: vel quo onera grauia ⁊ importabilia imponit in humeros ſubditorꝝ ⁊ digito ſuo nõ vult ea mouere: ſic ſcribe ⁊ phariſei: Matth. xxiij. a. Hec ſtatera doloſa/abominatio eſt apud deū/et ꝓhibita a deo/ Leuit. xix. g. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio/in regula/in pondere/in menſura: ſtatera iuſta ⁊ equa ſint pondera: iuſtus modius equuſq̄z ſextarius. Item Deut. xxv. c. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera/maius et minus: nec erit in domo tua modius maior ⁊ minor: pondus habebis iuſtum et verum: et modius equꝰ ⁊ verꝰ erit tibi. Myſtice. n Statera iuſta ⁊ bona eſt crux dn̄i: De qua Job. vj. a. in perſona domini dicit: Utinam appenderentur peccata mea: id eſt meorum: et calamitas quam patior/in ſtatera: quaſi arena maris hec grauior appareret. Et ita fuit: quia peccata noſtra in vna parte huius ſtatere fuerūt/⁊ calamitas paſſionis eiꝰ in altera: et preponderauit illa: Unde in cruce nobis meruit remiſſionem omnium peccatorum: quod fit in baptiſmo et in penitentia. Item ſtatera eſt iudicium: quod ſi equaliter ſe habeat ad vtranq̄z partem: vt nec prece nec precio nec amore vel odio inclinetur ad alteram partem: tunc ſtatera iuſta eſt et deo placens. De hac ſtatera dicitur Eccl. xxj. d. Uerba prudentium ſtatera ponderabuntur. Si autem ad alteram partem ſe magis inclinet/ſtatera doloſa eſt: quia alterum brachium longius habet/et ideo abominatio deo. Unde. j. xvij. c. Qui iuſtificat impium et qui condemnat iuſtum: vterq̄z abominabilis eſt apud deum. Et Beda dicit: Qui aliter cauſam pauperis: aliter cauſam potentis aliter ignoti/alit ſodalis

Myſtice